

CAPUT III.

De ordinibus in specie.

ARTICULUS I.

DE PRIMA TONSURA.

47. *Quid prima tonsura et an sit ordo. - Quid, si quis ordinatur sine tonsura. - 48. Privilegia tonsurati. - 49-50. De obligatione deferendi habitum et tonsuram. - 51. Qui priventur privilegio fori et canonis.*

Prima tonsura non est ordo.

47. - Prima tonsura non est ordo, sed praeparatio sive dispositio ad ordines, cum nullum officium habeat circa ministerium altaris. Ita communiter theologum cum D. Thoma¹. Et probatur ex Tridentino², ubi tonsurae sumptio praecipitur, sicque dicitur: *Ut qui jam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores adscenderent.* Ergo tonsura inter ordines minime numeratur (Vide *Lib. VI, n. 734*).

Clericus significat *in sortem vocatus*, scilicet ad cultum Deo praestandum. — Tondentur ei capilli in modum coronae, ad significandam regiam dignitatem eorum qui in sortem Domini vocantur. — Tradit autem Catechismus Romanus, S. Petrum primam tonsuram instituisse.

Requisita ut quis tonsurari possit.

Ut quis possit tonsurari requiritur: 1° ut sit mas; 2° ut sit confirmatus; 3° ut sciat legere et scribere ac saltem grammaticam, praeter rudimenta fidei; 4° ut habeat animum Deo inserviendi.

Qui ordinatur sine tonsura, peccat.

Qui ordinatur sine tonsura, graviter quidem peccat contra praeceptum Tridentini, sed valide ordinatur; verum manet suspensus usque ad beneplacitum episcopi^{a)}. Qui autem aliquem ordinem jam susceperit sine prima tonsura, non tenetur eam postea recipere, quia per ordinem susceptum jam fuit factus idoneus ad alios suscipiendos.

Privilegia tonsurati.

48. - *Effectus et privilegia tonsurati haec sunt:* 1°. Tonsuratus transfertur ad statum clericalem. Unde acquirit privi-

legium fori, quo eximitur a jurisdictione fori laicalis, modo deferat habitum et tonsuram, ac alicui ecclesiae de mandato episcopi inserviat, aut versetur in seminario vel in aliqua schola de licentia episcopi, ut habetur in Tridentino³. — 2°. Acquirunt etiam privilegium canonis, ita ut percussiones ipsum injuriose incurrant excommunicationem, reservatam Papae si percussio est gravis, episcopo vero si levis. — 3°. Tonsuratus fit capax beneficii ecclesiastici, modo habeat quatuordecim annos. — 4°. Fit capax etiam omnis jurisdictionis ecclesiasticae ad conferenda beneficia, ferendas censuras et judicandas causas spirituales.

49. - Quaeitur hic: *Qualiter peccent et quas incurrant poenas clerici habitum aut tonsuram non deferentes; et quando propter id privilegio fori et canonis priventur?*

Clerici in minoribus, ut communiter DD. ajunt, non peccant graviter, si habitum et tonsuram non deferant. — Imo communius Sotus^{a)}, Navarrus, Armilla^{a)}, Palaus, Escobar, Holzmann, etc. ab omni culpa eos excusant, ex bulla Sixti V, *Pastoralis*, anni 1589, 31 Januarii. Nam ibi ii tantum clerici declarantur teneri ad habitum deferendum, qui pensionem aut alia bona ecclesiastica recipiunt, excedentia valorem annuorum ducatorum sexaginta aureorum de Camera.

Clerici autem beneficiati aut in sacris constituti peccant quidem graviter, si ha-

Clerici in minoribus non tenentur habitum aut tonsuram deferre.

¹ Suppl., qu. 40, art. 2, corp. — ² Sess. 23, de Ordine, cap. 2. — *Cat. Rom.*, part. 2, de Sacram. Ord., n. 14. — ³ Sess. 23, de reform., cap. 6. — *Navar.*, Man.,

cap. 25, num. 110. — *Palaus*, tr. 27, punct. 18, num. 3. — *Escob.*, lib. 23, n. 488. — *Holz.*, de Sac. Ordin., n. 103, v. *Tertia*.

Clerici beneficiati vel in sacris tenentur ad habitum sub gravi,

bitum dimittunt, ut communiter docent Sanchez, Laymann, Palaus, Bonacina, Salamant. ^{b)}, etc., quidquid dicant Cajetanus, Escobar et Gobat, dum in Tridentino ¹ tales habitum non deferentes de temeritate arguuntur. Valde tamen probabiliter negant eos peccare omnes auctores praefati, si habitum dimittant ad breve tempus, aut ex causa justa se occultandi, puta ad aliquod grave damnum vitandum. Id quoad culpam.

et sub diversis poenis.

Quod autem ad poenas pertinet, in concilio ² sic dicitur: *Si postquam ab episcopo suo... moniti fuerint, honestum habitum clericalem... non detulerint, per suspensionem ab ordinibus ac officio et beneficio ac fructibus..., nec non, si semel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum et beneficiorum... coerceri... debeant.* Ex quo patet, has poenas esse tantum ferendae sententiae. Neque huic obstat bulla Sixti V, *Cum sacrosancta*, edita die 9 Januarii 1589, ubi beneficiati non deferentes habitum ipso jure declarantur privati suis beneficiis: nam id dispositum fuit tantum pro urbe Romae ^{c)}, et postquam mandatis sub certo termino ipsi non obedierint (*Lib. VI, n. 825*).

Quid de obligatione tonsuram deferendi.

50. - Idem quod de habitu, dicunt Sanchez, Laymann, Escobar ^{a)} et alii de *tonsura* sive corona. - Alii tamen, ut Palaus ^{b)}, Henriquez ^{b)}, Renzi et Tamburinius cum Marchino, clericum etiam in sacris aut beneficiatum tonsuram non deferentem non audent damnare de mortali, nisi eam ex contemptu omittat. - Caete-

Sanch., Consil. lib. 7, cap. 1, dub. 49, n. 11 et seqq. - *Laym.*, lib. 5, tr. 9, cap. 12, num. 3. - *Palaus*, tr. 27, punct. 18, n. 3. - *Bonac.*, de Ordin., punct. ult., n. 3. - *Cajet.*, Sum., v. *Clericorum peccata*. - *Escob.*, lib. 23, n. 491. - *Gobat*, tr. 8, n. 769. - ¹ Sess. 14, de reform.,

^{b)} Cfr. notam e ad lib. 6, n. 825.

^{c)} Sed vide, *loc. cit.*, notam c.

50. - ^{a)} Cfr. notam e ad lib. 6, n. 826.

^{b)} Vide, *loc. cit.*, not. c et d.

51. - ^{a)} Cfr. lib. 6, n. 827, notam a.

rum bene quidem ait Croix, facilius excusandos eos qui tonsuram, quam qui habitum non deferunt. Unde praefatus auctor nec sacerdotem, tonsuram per sex aut octo hebdomadas non deferentem, damnat de mortali (*Lib. VI, n. 826*).

51. - Privantur autem beneficiati, sicut etiam ii qui in sacris sunt constituti, habitum non deferentes, privilegio tam fori quam canonis ^{a)}, si post tertiam monitionem illum non reassumant, ex cap. *Contingit 45, de sent. excom.* (n. 827). - Simpliciter autem tonsurati aut clerici, tantum ad ordines minores promoti, sine beneficio, non peccant graviter, sed non gaudent privilegio fori, si actu habitum non deferant nec ecclesiae inserviant, ut habetur in Tridentino ². Gaudent vero, semper ac habitum reassumunt, nisi hoc faciant in fraudem, puta si fuerint in carcerem jam conjecti pro criminalibus, vel jam citati in foro laicali pro civilibus (n. 827). - Aliter tamen dicunt DD. de privilegio canonis (*ibid.*).

An autem peccet, qui tonsuram suscipit ad accipiendum beneficium, sine animo permanendi in statu clericali: vide Opus nostrum morale, *Lib. IV, n. 113*, ubi dicitur suscipiens peccare, sed probabiliter tantum venialiter.

Hic juvat annotare id quod statutum habetur, anno 1741, in concordato inter Sanctam Sedem et Carolum III, regem regnorum Neapolis et Siciliarum, circa ordinationem promovendorum ad statum ecclesiasticum ^{b)}.

cap. 6. - ² Loc. cit. - *Sanch.*, loc. cit. - *Laym.*, loc. cit. - *Renzi*, de Ordin., cap. 2, qu. 5. - *Tambur.*, lib. 7, de Ordin., cap. 2, § 6, num. 16 et 17 - *Marchin.*, tr. 2, part. 1, cap. 6, n. 3. - *Croix*, lib. 4, n. 1372. - ³ Sess. 23, de reform., cap. 6.

^{b)} Hic S. Doctor citat textum italicum hujus concordati. Sed cum jam ille integer reperitur, lib. 6, n. 830, una cum versione latina, *ibid.*, not. a, supervacaneum duximus illum iterum referre.

Quinam priventur privilegio fori et canonis.

Quot sint ordines minores.

De ostiariatu.

De lectoratu.

ARTICULUS II.

DE ORDINIBUS MINORIBUS.

52. *Quot sint ordines minores.* - 53. *Sectio I. De ostiariatu. Materia tradenda est ab ipso ordinante; et ab eo Missa celebranda.* - 54. *Sect. II. De lectoratu.* - 55. *Sect. III. De exorcistatu.* - 56. *Sect. IV. De acolythatu.*

52. - Ordines minores quatuor sunt: Ostiariatus, lectoratus, exorcistatus et acolythatus. Dicuntur ipsi *minores* propter minora officia, quae ab ordinatis exercentur circa Missam aut in ecclesia.

SECTIO I. - DE OSTIARIATU.

53. - Ostiariatus est *ordo*, quo confertur *potestas aperiendi, claudendi et custodiendi ecclesiam.* - Officium ostiarii (praeter dicta) est etiam pulsandi campanas, necnon admittendi dignos in ecclesia, et expellendi indignos, scilicet infideles, haereticos et excommunicatos.

Materia *remota* ostiariatus sunt claves ecclesiae; *proxima* clavium traditio. - Forma sunt verba ordinantis et dicentis: *Sic age, quasi redditurus rationem pro iis rebus quae his clavibus recludantur.* Ita tradunt auctores qui tenent, singulos septem ordines esse sacramenta. - Claves debent esse propriae ecclesiae, nec possunt aliae substitui ^{a)}, debentque tangi ab ordinando. - Hic autem denuo adverte id quod notatum est n. 28, nempe quod in sacramento Ordinis, materia omnino tradenda est ab ipso ordinante, alias sacramentum invalide ministratur ^{b)}, et ab eodem debet Missa celebrari (*Lib. VI, n. 744*).

SECTIO II. - DE LECTORATU.

54. - Lectoratus est *ordo*, quo confertur *potestas legendi Scripturas sacras in ecclesia.* - Materia *remota* est liber prophetiarum et epistolarum; *proxima* illius traditio. - Forma sunt verba: *Accipe et esto verbi Dei relator, etc.* - Officium igitur lectoris est legendi sacras Scripturas (intellige extra Missam; nam in Missa officium est subdiaconi) ac etiam catechumenos instruendi. Si loco libri epistolarum

sive *lectionarii* traderentur Biblia aut breviarium, valida quidem et etiam licita esset ordinatio; secus, si alius liber ^{a)}.

SECTIO III. - DE EXORCISTATU.

55. - Exorcistatus est *ordo*, quo datur *potestas expellendi daemones ab obsessis, ne eos impediunt a communione.* - Materia *remota* est liber exorcismorum; *proxima* ejus traditio. - Forma: *Accipe et habe potestatem imponendi manus super energumenos, etc.* - Exorcismus autem est formula quaedam ab Ecclesia instituta ad daemones fugandos in nomine Jesu Christi. Ut possit autem exorcista solemniter exorcizare, requiritur etiam collatio jurisdictionis sive licentia episcopi. Id tamen non est ob jus commune, sed ob particulare praeceptum episcoporum prohibentium exorcizare sine eorum licentia. Dicitur est: *solemniter*, cum quisque fidelis possit privatim imperare daemonibus, ne noceant neve impediunt fideles ab actionibus sacris. Vide *Lib. III, n. 193, app. de adjuratione.*

SECTIO IV. - DE ACOLYTHATU.

56. - Acolythatus est *ordo*, quo datur *potestas ferendi urceolos ad altare, et candelabra luminaque in ipso accendendi.* - Materia *remota* sunt urceoli vacui; *proxima* eorum traditio. - Forma: *Accipe urceolum, etc.* - Utraque materia est essentialis; sed nobiliores sunt urceoli, quia vinum et aqua magis sunt ad Missam necessaria. Hae autem materiae sunt partiales, unam totalem constituentes. Character vero non in candelabri, sed in urceolorum traditione imprimatur, quia in ea principalior traditur potestas (*Lib. VI, n. 745*).

53. - ^{a)} Sed vide lib. 6, n. 745, not. a. ^{b)} S. Alphonsus, loco ad quem remittit lectorem, nempe num. 28 et lib. 6, num. 744, dicit hoc procedere pro collatione ordinum

majorum, non autem pro ordinibus minoribus.

54. - ^{a)} S. R. C. Decr. auth. n. 3315, ad 5, declaravit tradi posse etiam missale.

ARTICULUS III.

DE ORDINIBUS MAJORIBUS.

57-58. *Quid subdiaconatus. - Materia, forma et officium. - Si sine manipulo, etc. - Requisita. - § I. De voto castitatis. - 59. An castitas sit ex voto. - Si quis ignoret, etc. - Si impuber, etc. - Qui per metum ordinatur, etc. - § II. De Horis canonicis. - 60. Propositiones damnatae. - 61. Qui teneantur ad Horas: 1° Clerici in sacris; 2° religiosi professi; 3° beneficiati. - 62. Cui facienda restitutio fructuum. - 63. Si habeant alia onera. - 64. An excommunicati, etc. - Et qui sine attentione interna, etc. - 65. Intra primos sex menses. - Qui sine culpa omittit. - An unum peccatum, etc. - 66. Qui non percipit fructus, etc. - 67. Si beneficium sit tenue. - 68. An male expendens, etc. - Canonicus non canens. - 69. Quae parva materia, etc. - An projiciens breviarium. - In dubio, an quid omissum. - 70. Quae requirantur ad Horas recte dicendas: 1° Juxta praescriptum. - Si permutes officium. - 71. Si alio pergis. - 72. Si advertis te errasse. - De litanis et officio defunctorum. - 73. 2° Pronuntiatio vocalis. - Quid in choro. - 74. 3° Pronuntiatio integra; - 4° Pronuntiatio continuata. - 5° Ordo Horarum; - 6° Tempus. - 75. Intentio et attentio. - 76. Causae excusantes a recitatione. - 77-80. § III. De censuris in genere. - § IV. De censuris in specie. - 81-83. I. De excommunicatione. - 84. II. De suspensione. - 85. III. De depositione, etc. - 86. IV. De interdicto. - 87. V. De irregularitate. - 88. Irregularitates ex delicto. - 89. Irregularitates ex defectu.*

SECTIO I. - DE SUBDIACONATU.

Quid sit subdiaconatus.

57. - Subdiaconatus est ordo, quo traditur potestas, per quam ordinatus potest deferre calicem ad altare, ministrare diacono et legere epistolam in Missa.

Materia.

Materia remota est duplex, nempe calix vacuus cum patena vacua, necnon liber epistolarum. Materia proxima est horum traditio. Calix autem probabiliter debet esse consecratus, ut plures DD. sentiunt; unde ipsorum sententia in praxi sequenda est (*Lib. VI, n. 747*). Sic etiam omnino requiritur traditio libri epistolarum (*n. 746, dub. 1*)^a.

Forma.

Forma autem sunt verba episcopi: *Videte, cujus ministerium vobis traditur, etc.* Et alia: *Accipe librum epistolarum et habe potestatem legendi eas, etc.* Duplici enim materiae duplex adhibetur forma parialis.

Officia.

Officium subdiaconi (ultra praedicta in altari) est deferre crucem et lavare corporalia. - Peccaret subdiaconus, si absque manipulo solemniter ministraret in Missa, nisi urgeret necessitas, ut dicit Pater Suarez^b). - An autem graviter peccet

Bonac., disp. 7. de Irregul., qu. 3, punct. 6, num. 2. - Homob., Exam. eccl., tr. 4, cap. 2, praesuppositum 2.

57. - ^a) Cfr. notam c ad *lib. 6, n. 746*.

^b) S. Alphonsus citat de *Censur., disp. 42*; sed ibi Suarez hunc casum non habet.

subdiaconus ministrans in mortali: vide dicta supra *n. 14*. - Clericus exercens^c) officium subdiaconi sine manipulo, vel cum manipulo, sed non intendens ex officio actum illum exercere, non incurrit irregularitatem: quia tunc, ut ait Bonacina, exercet tantum officium cantoris. Secus, si cum manipulo intenderet exercere officium proprium subdiaconi. Vide *Lib. VII, n. 358*.

58. - Ut quis ad subdiaconatum possit promoveri, requiritur: 1° Ut sit ordinatus in minoribus; 2° aetas unius et viginti annorum completorum; 3° titulus sustentationis (de quo vide supra dicta *n. 37-39*); 4° ut bene sciat quae pertinent ad suum munus; 5° examen, quod debet quidem rigorosius esse in subdiaconis, ut recte advertit Homobonus (poenitentarius in ecclesia Bononiensi), et signanter circa subdiaconi obligationes, nempe servandi castitatem, recitandi Officium, habendi titulum sustentationis; necnon refert subdiaconos examinare circa censuras et irregularitates, quarum singulatim hic principaliora rudimenta mox infra breviter recensibimus.

^c) Sic est legendum juxta primam edit. Remondinianam; non autem « clericus, vel etiam subdiaconus », ut ferunt aliae editiones.

§ I. - De voto castitatis.

Obligatio castitatis est ex vi voti.

59. - Subdiaconus ex praecepto S. Gregorii Papae, in *can. 1, dist. 28*, tenetur votum castitatis emittere. Hinc obligatio castitatis, in ordinatis in sacris, verius est ex vi voti ordinibus annexi, quam praecepti Ecclesiae, ut satis colligitur ex cap. *Cum olim, de clericis conjug.* Attamen si quis Ordinem suscipiendo expresse nollet castitatem vovere, tunc iste saltem ex praecepto Ecclesiae ad castitatem teneretur. Hocque dicendum, etiamsi nesciret hanc obligationem, modo vellet vere Ordinem suscipere: et adhuc si inculcate nesciret, ut valde probabiliter plures DD. docent^a). Vide *Lib. VI, n. 809, Dub. 1 et 2*.

Casus particulares.

Qui autem ordinaretur ante usum rationis, hic non teneretur ad castitatem. - Qui vero ordinatur ante pubertatem, an ad castitatem teneatur? Adest duplex sententia, utraque probabilis (*n. 810*). - Qui ordinatur per metum extrinsecum injuste incussum, et non habet animum suscipiendi Ordinem, non tenetur ad castitatem; et etiamsi animum haberet, probabilius nec teneretur, quia votum emisum ob metum probabilius est invalidum. Secus, si metus fuerit juste incussus, vel si ordinatus scienter suam ordinationem ratificaret, nempe si ultro Ordinem exerceret (*n. 811*).

§ II. - De Horis canonicis.

Propositiones damnatae.

60. - Primo loco hic refert annotare plures propositiones damnatas ab Alexandro VII, nimirum^a) propos. 20, quae dicebat: *Restitutio fructuum non debetur ante sententiam.* Propos. 21: *Habens beneficium, si studio vacet, satisfacit recitando per alium.* Propos. 33: *Restitutio fructuum suppletur per eleemosynas ante factas.* Propos. 34: *Satisfacit dicens Officium paschale pro Officio diei Palmarum.* Propos. 35: *Cum uno officio potest satisfieri*

Suar., de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 10, n. 16 et 18. - Salmant., tr. 16, cap. 1, n. 5. - Conc., de Horis canon., cap. 5, num. 4. - ¹ Concil. Later. V, anno 1514, sess. 9,

59. - ^a) S. Doctor tamen, *loc. cit.*, probabilitatem agnoscit oppositae sententiae.

60. - ^a) S. Alphonsus potius sensum refert quam ipsa verba propositionum damna-

obligationi duorum dierum. Item Innocentio XI damnavit propos. 54: *Qui nequit recitare Matutinum et Laudes, non tenetur ad alias Horas.*

61. - Quaeritur 1°. *Quinam teneantur ad Horas?*

Tenantur ad Horas:

Tenantur 1°. Omnes ordinati in sacris, etiamsi sint excommunicati, suspensi et degradati. - Ordinatus autem ad subdiaconatum in die ordinationis tenetur ad Horam correspondentem horae qua ordinatur.

Clerici in sacris.

Tenantur 2°. *Religiosi professi* utriusque sexus. Hoc habetur ex antiqua consuetudine obligante sub gravi, ut tenet communis sententia contra aliquos. Nec valet dicere, quod non constet, an consuetudo recitandi Officium sit introducta a religiosis animo se graviter obligandi. Nam respondetur quod, cum illa constanter et tamdiu cum magno incommodo ab omnibus religiosis observata fuerit, praesumptio est pro parte affirmativa; pro qua autem parte stat praesumptio, pro ea stat etiam possessio, regula generalis est. Vide *Lib. IV, n. 142*^a).

Religiosi professi.

Nullus autem religiosus aut monialis in particulari tenetur sub gravi Horas dicere in choro, ut communiter dicunt Suarez, Salmant., Concina, etc., modo chorus non tollatur, ad quem requiruntur saltem quatuor expediti. - Ad Officium vero non tenentur religiosi ejecti; sed tenentur profugi (*ibid., Dub. 1 et 2*).

Tenantur 3°. *Beneficiati*; alias fructus omnes beneficii restituere debent, ex concilio Lateranensi V¹, ubi dictum fuit: *Statuimus..., ut quilibet habens beneficium..., si post sex menses obtento beneficio Officium non dixerit..., fructus suos non faciat pro rata omissionis recitationis.* Et si talis post monitionem adhuc pergit omittere, potest etiam beneficio privari. Deinde S. Pius V, in constit. 186, quae incipit: *Ex proximo Lateranensi*, decrevit

Beneficiati,

bull. reform., § *Statuimus*. - S. Pius V, const. *Ex proximo*, § 1, diei 20 Sept. 1571; bull. 186 in Bullar. Mairardi.

tarum. Vide, si lubet, earum textum authenticum, *tom. 1* hujus editionis, *pag. LVIII et seqq.*

61. - ^a) Et cfr. *ibidem*, not. f.

qui, si Officium fructus restituere debent,

quod, qui omittit Matutinum, restituat dimidiam partem fructuum correspondentium illi diei: qui caeteras Horas, aliam dimidiam; qui vero unam tantum ex parvis, sextam partem. Vide *Lib. III, n. 663*. Et idem dicendum, si quis per plures leves omissiones inter Officium diei ad gravem materiam pertingit (*n. 668*). Qui autem hodie supplere vellet Officium heri omissum, minime liberatur a restitutione (*n. 667*). — Haecque restitutio debetur ante omnem sententiam; quia conditio recitationis est absolute necessaria ad lucrandos fructus, cum sine ipsa nequeat beneficiarius facere fructus suos, ut praefatum concilium sancivit (*Lib. III, n. 665 et Lib. IV, n. 145, Qu. 1. v. Tunc dices*).

ante omnem sententiam.

Cuinam faciendae haec restitutio.

62. - Restitutio autem tunc faciendae est vel pauperibus (sufficit cujuscumque loci), vel fabricae ecclesiae, vel domui beneficii, vel in augmentum agrorum ipsius. Potest etiam fieri in refectionem alterius indigentis ecclesiae, si propria non eget, vel, si fabrica alienae ecclesiae redundaret, in utilitatem pauperum. Potest etiam applicari in Missis pro defunctis. Et potest beneficiatus adhuc applicare eam sibi ipsi, si vero pauper sit ^{a)}, modo non faciat in fraudem. Suarez, Palaus, Navarrus, Toletus, Lessius, etc., communiter (*Lib. III, n. 672*). — Si quis autem post omissionem dederit eleemosynas, immemor vel forte ignorans obligationem restitutionis, probabiliter potest eas computare, ut dicunt Sanchez ^{b)}, Suarez ^{b)}, Lugo, Laymann, Salmant., Croix, etc., (*n. 700, Qu. 2, v. Limitant*).

63. - Probabiliter dicunt etiam Sotus, Lessius, Vasquez ^{a)}, Bonacina, Sanchez, Salmant., etc., quod, si beneficiatus alia onera habet, quibus jam satisfecerit, non tenetur omnes fructus restituere. Secus

tamen dicendum, quidquid dicant alii de simplici beneficiato, qui nullum aliud onus haberet, nisi deferendi habitum (*Lib. III, n. 673*).

64. - An autem excommunicatus toleratus teneatur ante sententiam restituere fructus beneficii, si onera ipsius implerit?

Aliqui affirmant. — Sed probabilius et communius alii negant, prout dicitur *Lib. III, n. 670*, quia non tenetur reus nisi post sententiam subire poenam illam quae actionem requirit; ex alia autem parte excommunicati tolerati valide jam sacramenta ministrant Horasque persolvunt. Ita Laymann, Tournely, Palaus, Salmant., Bonacina, Coninck et alii plures (*ibid.*).

Sic etiam probabiliter non tenetur ad restitutionem, qui recitat sine attentione interna; cum opinio, quod sufficiat ad satisfaciendum, si habeatur intentio et attentio externa, non sit improbabilis, juxta dicenda *n. 75 (Lib. III, n. 669 et Lib. IV, n. 177)*.

65. - Praeterea notandum, S. Pium in praefata constitutione declarasse quod beneficiati, si intra primos sex menses Officium omittant, licet non teneantur ad restitutionem, tamen non excusantur a peccato mortali. Vide *Lib. III, n. 663*. Hinc omnino dicendum quod beneficiati, etiamsi vellent pro eo tempore fructus restituere, omittendo Officium graviter peccant, cum ipsos ad Officium quovis tempore Ecclesia ex motivo religionis obstrinxerit (*Lib. IV, n. 145, Qu. 2*). — Graviter igitur peccat, qui intra sex menses (ut dictum est) Officium omittit, sed non tenetur ad restitutionem: ut docent Lessius, Vasquez, Concina, Viva et communior sententia contra paucos. Ratio, quia juxta communem sen-

Excommunicatus toleratus probabilius non tenetur restituere.

Omittens sine culpa non tenetur restituere.

Nec qui recitat sine attentione interna.

Nec beneficiatus qui omittit infra sex menses.

Fructus inculpabiliter non percipiens, liber est ab Officio.

Sed hic graviter peccat.

tentiam restitutio fructuum non jam debetur de jure naturali. Fructus enim non dantur pro mercede recitationis, sed pro sustentatione beneficiarii, cum onere tamen Officii, imposito ab Ecclesia, ut diximus, ex motivo religionis; et ideo nulla ante concilium Lateranense restitutio praecipiebatur. Concilium autem restitutionem praecipit tantum omittentibus post sex menses (*Lib. III, n. 666*).

Ob eandem rationem non tenetur ad restitutionem, qui omittit Officii recitationem sine culpa: quia licet, ut dictum est, *n. 61, in fine*, restitutio ante omnem sententiam faciendae sit, tamen, cum ipsa in poenam praecepta sit, omnino culpam requirit, ut recte dicunt Lessius, Sanchez, Concina, Viva et alii communius, contra paucos (*n. 665*). — Pariter ob eandem rationem subdiaconus, beneficium habens, si Officium omittit, unum tantum committit peccatum, cum ex uno motivo religionis ad illud teneatur (*Lib. IV, n. 145, Qu. 1*).

66. - Dubitatur 1^o. An teneatur ad Officium beneficiarius qui fructus non percipit?

Minime tenetur, si ipse non negligenter se gesserit in illis exigendis. Excipe, nisi ipse in poenam alicujus criminis sit fructibus juste privatus; vel nisi certam spem habeat percipiendi illos sequentibus annis (*Lib. III, n. 664*).

Quid, si de beneficio lis vertatur?

Respondetur: Si beneficiarius nondum acceperit illius possessionem, non tenetur ad Officium, nisi per ipsum stet, quin statim possessionem adipiscatur. Si vero jam acceperit, tenetur casu quo spem certam habeat vincendi litem; secus, si sit in dubio (*n. 664, v. Quid si*).

Less., cap. 34, num. 181. — Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 2, dub. 86. — Conc., de Horis can., cap. 8, num. 5. — Viva, de Restitutione, qu. 7, art. 9, n. 2, v. Infertur 2. — Sanchez, Consil., lib. 2, cap. 2, dub. 66, num. 2 et 3. — Arag., in 2^o 2^{ae}, qu. 88, art. 12, dub. 3, concl. 2, v. In secundo casu. — Man. Rodrig., Sum., part. 1, cap. 140, num. 3. — Pellis., tr. 5, cap. 8, num. 187. — S. Anton., part. 2, tit. 2, cap. 5, § 3, v. In tertio (sibi contrarius in

67. - Dubitatur 2^o. An teneatur ad Officium habens beneficium tenue? — Alii affirmant. Sed alii plures negant ut Lessius ^{a)}, Sanchez, Malderus ^{b)}, Aragon, Rodriguez, Molfesius ^{b)}, Pellizzarius et alii. Quia tenue beneficium, ex cap. *Is cui, de praebend., in 6^o*, ut verum beneficium non habetur. Dicunt autem, illud esse tenue beneficium, quod non pertingit ad tertiam partem sustentationis (*Lib. III, n. 674*).

68. - Dubitatur 3^o. An beneficiarius male expendens fructus beneficii teneatur ad restitutionem? — Plures graves DD. probabiliter negant, ut S. Antoninus, Lessius, Cabassutius, Sanchez, Salmant. et alii cum S. Thoma¹ qui ait, praebendas haberi ut bona patrimonialia. — Alii tamen probabilius, ut Laymann, Bonacina ^{a)}, Navarrus, Petrocorensis, Concina, etc., affirmant, quia beneficiarii ex justitia tenentur fructus superfluos pauperibus vel locis piis erogare; nam saltem Ecclesia non concedit ipsis dominium fructuum nisi limitatum ad superfluos erogandos in pauperes (*Lib. III, n. 492*) ^{b)}.

Hic autem sedulo advertendum, quod summus Pontifex Benedictus XIV, in Brevi ad card. Delphinum, patriarcham Aquilejensem, emanato die 19 Januarii 1748, declaravit, canonicos choro non interessentes vel ibi non canentes non solum distributiones quotidianas amittere, sed etiam ad restitutionem teneri fructuum suarum praebendarum (*n. 675, Dub. 3*).

69. - Quaeritur 2^o. Quanta sit obligatio Officii?

Certum est, peccare graviter, qui omittit notabilem Officii partem. Caeterum censetur parva materia omissio minoris partis quam parvae Horae (*Lib. IV, n. 147*). — Qui autem omnes septem Horas omittit,

Juxta plures, habens beneficium tenue, non tenetur ad Officium.

Probabiliter male expendens fructus non tenetur ad restitutionem.

Materiae gravitas et parvitas in omissione Officii.

Suar., de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 30, n. 21. — Palaus, tr. 7, disp. 2, punct. 7, num. 12. — Navar., Man., cap. 25, n. 123; et de Horis can., cap. 7, n. 34. — Tolet., lib. 2, cap. 12, n. 5. — Less., cap. 34, n. 177. — Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 4, n. 7, v. Ceterum si quis; cfr. lib. 3, tr. 2, cap. 12, num. 9. — Sotus, de Just. et Jure, lib. 10, qu. 5, art. 6. — Less., cap. 34, n. 177. — Bonac., de Offic. div., disp. 1, qu. 5, punct. 3, num. 2. — Sanchez., Consil., lib. 2, cap. 2, dub. 83, num. 3. — Salmant., tract. 16,

cap. 2, num. 59. — Laym., lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, num. 9. — Contin. Tourn., de Cens., part. 2, cap. 1, art. 3, sect. 5, qu. 4. — Palaus, tr. 29, disp. 2, punct. 11, num. 4. — Salmant., tr. 10, cap. 3, num. 114 et 115. — Coninck, disp. 14, de excom., dub. 9, num. 80 et 81. — Less., cap. 34, num. 176. — Vasq., de Benefic., cap. 4, § 1, art. 1, dub. 8, n. 33. — Conc., de Horis can., cap. 8, num. 3. — Viva, de Restit., qu. 7, art. 9, num. 2, v. Infertur 6.

62. - ^{a)} Cfr. *lib. 3, n. 672*, not. *a*.
^{b)} Vide not. *d*, ad *lib. 3, n. 700*.

63. - ^{a)} Vasquez hanc opinionem rejicit. Cfr. not. *a*, ad *lib. 3, n. 673*.

67. - ^{a)} Lessius, *cap. 34, n. 169*, ut S. Alphonsus ipse notavit, *lib. 3, n. 674*, sentit teneri hunc beneficiatum recitare saltem dominici et diebus festivis.

^{b)} Vide *lib. 3, n. 674*, not. *b et d*.
68. - ^{a)} Cfr. not. *b* ad *lib. 3, n. 492*.
^{b)} Vide *1 Elench. qu. reform., qu. 24 et 2 Elench., qu. 10*.

verius cum Lessio ^{a)}, Sanchez, Concina, Tournely et communi, unum committit peccatum, quia omnes Horae integrum Officium componunt (n. 148). — Qui Officium projiceret in mare, tot peccata committeret, quot omissiones dierum praevideret; quia singulae omissiones Officii, ad quemlibet diem pertinentes, sunt singulae transgressiones, et hic, eas jam praevidendo, peccaret quidem in causa (n. 149).

An in dubio, utrum aliquid ex Officio sit vel ne omissum, sit repetendum?

Repetendum quidem in dubio negativo, scilicet si nullum prudens motivum habeas, quod jam dixeris. Secus, si dubium est positivum, nempe si probabiliter credas, te dixisse ^{b)}. Ita communiter Navarrus, Sanchez, Lugo ^{c)}, Tournely, Palaus, Salmant., Roncaglia. Vide Lib. IV, n. 150.

70. — Quae ritur 3°. Quae requirantur ad Horas bene recitandas?

Requiritur 1° ut recitentur juxta praescriptum breviarii Romani. — Unde improbabilem censeo opinionem eorum qui dicunt, non peccare mortaliter, qui commutat Officium in aliud notabiliter brevius (Lib. IV, n. 160).

An autem sit mortale mutare in aequale vel quasi?

Adest hinc inde duplex plurimorum sententia. Aequius tamen videtur dicendum cum Sporer, Roncaglia, Viva, Laymann, Elbel, etc., esse mortale, si mutatio sit frequens; veniale, si rara, puta ter vel quater in anno; et nullum, si id aliquando fiat cum causa, nempe itineris, studii, etc. — Ratio, quia licet Officium recitandum sit juxta formam individuaalem breviarii, ut praecipit S. Pius V, in bulla Quod a

nobis, descripta in breviario, dicendo: Neminem... nisi hac sola formula satisfacere posse; tamen probabile est, Pontificem in hac forma praescribenda magis respexisse ad formam substantialem, quae est quantitas Officii, quam ad accidentalem, nempe ad illius qualitatem: et ideo commutatio non videtur culpam venialem excedere. Id tamen frequenter facere esset mortalis culpa, quia, ut recte ait Laymann, esset perversio ordinis; et gravis quidem, si frequens esset (n. 161, Qu. 3).

71. — His positus, probabile est: 1°. Quod, si alio pergis, potes recitare Officium illius loci, nisi fueris religiosus, quia teneris tunc recitare officium breviarii tui ordinis ^{a)}. Ita Laymann, Holzmann, Bonacina, Palaus et alii. — 2°. Quod capellani et commensales cardinalium et episcoporum possunt eis conformari in Officio. Holzmann ^{b)} cum communi et decreto S. C. Rituum ^{b)} et clem. Dignum, de celebr. miss. — Et idem dicunt DD. de capellanis monialium ^{b)}. Croix, Holzmann, Gobat, Stotz, etc. — Et de iis qui obeunt exercitia spiritualia apud religiosos. Laymann ^{b)} et Gobat. — 3°. Quod possis recitare Officium socii; quia ipsa associatio excusat, modo officium non sit notabiliter brevius ^{c)}. Viva, Roncaglia, Henriquez, Quintanadvenas et alii (Lib. IV, n. 161, v. Juxta autem).

72. — Si quis advertit se errasse, postquam multum processit in Officio indebito, potest vel prosequi vel recitare reliquum de proprio. Sed melius erit recitare de proprio, nisi vellet alia die non impedita Officium dicere de sancto illo; quod satis probabiliter admittunt plures doctores

num. 5. — Elbel, part. 5, confer. 13, de modo... recitandi Horas, n. 433 et 435. — Laym., loc. cit. — Laym., loc. cit., n. 3. — Hols., de Praec. partic., n. 466, v. Diximus praeterea. — Bonac., de Offic. div., disp. 1, qu. 3, punct. 1, n. 7. — Palaus, tr. 7, disp. 2, punct. 2, n. 6, i. f. — Hols., loc. cit., sub. 2. — Croix, lib. 4, n. 1254. — Hols., loc. cit., sub. 3. — Gobat, Experim., tr. 5, n. 625. — Stotz, Tribun. poenit., lib. 1, part. 3, n. 386, ad IV. — Gobat, loc. cit., n. 637. — Viva, de Praec. decal., qu. 3, art. 2, n. 8. — Ronc., tr. 5, qu. 2, de Horis can., cap. 5, qu. 8. — Henricq., lib. 7, cap. 30, n. 4. — Quint., tr. 8, singul. 8, n. 9 et 10.

69. — ^{a)} Vide lib. 4, n. 148, not. b.

^{b)} Sed vide lib. 4, n. 150, not. a, ubi ostensum est S. Doctorem postea expresse hanc sententiam retractasse.

^{c)} Cfr. not. c ad lib. 4, n. 150.

71. — ^{a)} Vide lib. 4, n. 161, not. l.

^{b)} Cfr. loc. cit., notas n, o, p.

^{c)} Sed vide, loc. cit., not. r et t.

(n. 161, Qu. 5). — Ex consuetudine autem introducta, gravis est obligatio recitandi litanias S. Marci, Rogationum, ac Officium defunctorum etiam in privato (ibid. Qu. 1 et 2).

73. — Requiritur 2°. Pronuntiatio vocalis. — Hic dubitatur, an recitans debeat se audire. Alii affirmant; alii tamen non improbabiler negant, ut doctissimus Silvius, Tournely, Laymann, Azor, Sporer ^{a)}, Salmant., Trullench, Rodriguez et alii. Quia in recitatione Officii non jubetur auditio, sed pronuntiatio, ad quam non oportet elevare vocem, sed sufficit formare aliquem externum sonitum, qui semper adest, cum verba proferuntur (Ib. IV, n. 163).

Submisce recitans in choro bene satisfacit (ibid. v. An autem); sed non canonicus, qui tenetur canere, juxta dicta n. 68, in fine. — Recitanti autem in choro sufficit, si audias alteram partem in confuso, vel tantum unum ex ea. — Quid, si non stis percipis in materia notabili alteram partem, propter culpam chori aut socii? Aii dicunt, quod teneris repetere non auditum. Alii plures negant, quia per ipsam societatem et tuam applicationem moraliter jam comunicas. Ita non improbabiler Sa, Major ^{b)}, Roncaglia ^{b)}, Elbel, Salmant., Pellizzarius ^{b)}, Trullench et alii Lib. IV, n. 163, Qu. 2). — Surdus autea non satisfacit, quidquid alii dicant. Secu vero dicendum de surdastris, si audia saltem in confuso (ibid. Qu. 3).

74. — 3°. Pronuntiatio integra, id est, sine mutilatione, qua sensus verborum notabiliter varietur. Valet tamen Officium, si aliqua saltem servetur significatio verborum (Lib. IV, n. 165).

Silv., Resol. var. v. Horae canonicae III. — Contin. Tourn., de Offic. div., art. 8, sect. 6, in princ. — Laym., lib. 4, t. 1, cap. 5, num. 8, i. f. — Azor, part. 1, lib. 10, cap. 11, qu. 4. — Salm., tr. 16, cap. 3, num. 5. — Trull., lib. 1, co. 7, dub. 11, n. 9. — Rodrig. Quaest. regular., tom. 1, a. 42, art. 4. — Sa, v. Horae canonicae, num. 9. — Elbel part. 5, confer. 13, de modo... recitandi Horas, n. 447. — Salm., tr. 16, cap. 1, num. 24. — Trull., lib. 1, cap. 7, de. 16, n. 9. — Cajet., v. Horae canonicae, cap. 4. — Gavan, in Rubr. breviari., sect. 1, cap. 5, tit. 6, n. 9. — Laym. lib. 4, tr. 1, cap. 3, num. 6. — Sanch., Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 42, num. 3. — Bonac., de Offic. div.,

4°. Pronuntiatio continuata, scilicet sine interruptione in qualibet Hora, quae autem interruptio inducit veniale, nisi aliqua excuset causa (n. 166). Matutinum autem etiam sine causa potest a Laudibus separari, et sic pariter tres Nocturni, saltem per tres horas (n. 167). Facta tamen interruptione, adhuc culpabili, probabilius non teneris Horam repetere, cum quilibet psalmorum versus suam habeat significationem (n. 168).

5°. Horarum ordo, scilicet ne invertatur. Inversio tamen non erit nisi venialis, etiamsi fiat frequenter; et etiam in choro, ut probabilius ajunt ^{a)} Cajetanus, Gavanus, Laymann, Sanchez, Bonacina, etc., (n. 170 et 171). — Celebrare autem Missam ante Matutinum probabilius et communius non est nisi veniale, cum Lessio, Palaus ^{b)}, Concina, Tournely, Soto, Tolet, Bellarmino ^{b)}, Croix, Salmant., et aliis pluribus. Vide Lib. VI, n. 347.

6°. Tempus praefixum. Tempus Matutini incipit ab hora vespere diei antecedentis usque ad meridiem subsequentis (Lib. IV, n. 174): idque probabiliter procedit etiam de Officio defunctorum, extra tamen chorum (ibid., Qu. 2) ^{c)}. Et de hoc adest etiam decretum S. C. Rituum apud Ferraris ^{d)}. Non idem currit autem de litanis (ibid. Qu. 3).

An autem satisfaciat dicens Matutinum hora secunda post meridiem?

Alii affirmant, ut Salmant., cum Sanchez, Trullench, etc. dicendo, id hodie permitti ex consuetudine introducta. — Sed verius negandum cum Holzmann, Croix et Concina, quia tunc nondum incepta est hora Vespere, quae est media

disp. 1, qu. 3, punct. 3, n. 7; et punct. 4, n. 5. — Less., lib. 2, cap. 37, n. 81. — Conc., de Horis can., cap. 9, § 8, n. 11 et 12. — Contin. Tourn., de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 2. — Sotus, de Just., lib. 10, qu. 5, art. 4, concl. 2. — Tolet., lib. 2, cap. 1, n. 3, v. Alterum. — Croix, lib. 6, part. 2, num. 230. — Salm., tr. 5, cap. 4, num. 45 et seqq. — ¹ V. Litanias, num. 17. — Salm., tr. 16, cap. 3, num. 15. — Sanch., Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 37, num. 4. — Trull., lib. 1, cap. 7, dub. 18, num. 8. — Hols., de Praec. partic., num. 467, v. Dixi: nisi. — Croix, lib. 4, num. 1314. — Conc., de Horis can., cap. 9, § 8, n. 6.

Requiritur pronuntiatio vocalis.

Qui alio pergit, licite mutat Officium.

Item, capellanus episcopi.

Quid de eo qui advertit se errasse.

Pronuntiatio integra.

Pronuntiatio continuata.

Horarum ordo.

Tempus praefixum.

Dicens Matutinum hora secunda post meridiem.

verius non satisfacit.

73. — ^{a)} Cfr. notam b ad lib. 4, n. 163.

^{b)} Vide lib. 4, n. 163, not. i et j.

74. — ^{a)} Cfr. not. b ad lib. 4, n. 171.

^{b)} Vide lib. lib. 6, n. 347, notas c et d.

^{c)} In choro etiam anticipari potest. Cfr. not. e ad lib. 4, n. 174.

inter meridiem et occasum; dies enim ecclesiasticus non nisi ab hora Vesperarum incipit. Quod autem consuetudo undique jam introduxerit recitari Matutinum hora secunda post meridiem a majori parte fidelium, juxta dicta de consuetudine (*Lib. I, n. 107 et seqq.*) hoc probandum esset; sed usquedum non probatur, possidet lex opposita (*Lib. IV, n. 174, Qu. 1*).

Tempus autem Horarum incipit a media nocte ad meridiem; Vesperarum et Completorii a meridie ad mediam noctem (*Lib. IV, n. 173, v. Tempus*).

75. - 7^o. Intentio et attentio.

Requiritur intentio.

Requiritur *intentio* (scilicet recitandi) saltem virtualis. Sufficit pro illa, si ab initio sumpseris breviarium ad recitandum. Communissime autem et probabilius cum Suarez, Palao, Lessio, Tournely ^{a)}, Pontas, Vasquez et Croix cum aliis, non requiritur intentio satisfaciendi obligationi. Imo recitans implet, etiamsi positive intendat nolle implere, quia implens non potest non implere, cum satisfactio non pendeat a sua, sed a voluntate legis sive Ecclesiae (*n. 176*).

Et attentio.

Requiritur insuper *attentio*, saltem externa, scilicet ne apponatur actio incompatibilis cum attentione interna.

An autem *requiratur etiam interna*? Alii affirmant, requiri internam; quae sit vel ad Deum vel ad sensum, vel saltem ad verba, nempe ut recte pronuntietur; quia alias, prout dicunt, non esset oratio.

Juxta alios, attentio interna requiritur.

Juxta alios, non requiritur.

Alii vero plurimi negant, dicentes, veram esse orationem, quae fit cum intentione orandi et attentione externa. Ita Lugo, Paludanus, Coninck, Angelus, Silvester, Croix ^{b)} et plures alii cum S. Antonino, ex D. Thoma. — Verba S. Antonini ¹ haec sunt: *Sed si evagatio est advertenter, et solum secundum actum interiorum, licet temeraria sit et gravis foret, non tamen mortale, nisi per contemptum; quia Ecclesia non habet judicare de acti-*

Suar., de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 26, n. 8. — *Palao*, tr. 7, disp. 2, punct. 3, num. 10. — *Less.*, lib. 2, cap. 37, n. 59. — *Pontas*, v. *Officium breviiarii*, cas. 13. — *Vasq.*, in 1^{ae} 2^{ae}, qu. 100, art. 9, prior dub., n. 5. — *Croix*, lib. 4, n. 1330. — *Lugo*, de Euch., disp. 22, n. 25 et seqq. —

bus interioribus mere; propter quod minister Ecclesiae, licet dicendo orationem cogitet aliud, non videtur transgressor praecepti ex natura facti. — Verba autem S. Thomae ² sunt: *Quando aliquis ex proposito mentem ad alia distrahit in orando, tunc enim sine culpa non est, et praecipue si in aliis sponte se occupat, quae mentem distrahunt, sicut sunt exteriora opera: et si ad contrarium mens evagetur, etiam culpa mortalis erit.* Juxta igitur D. Thomam evagatio interna non est sine culpa, scilicet veniali, externa autem non sine mortali; et sic intelligit idem S. Antoninus ³ dicens: *Unde quod Thomas dicit ibi, quod in oratione, si sponte se quis occupat in his quae mentem distrahunt, sicut sunt opera exteriora ..., etiam culpa mortalis erit.*

Ratio autem 1^a hujus sententiae est quia, si attentio interna esset de essentia orationis, ministrans Extremam Unctionem sine attentione interna invalide ministraret, cum forma hujus sacramenti sit deprecatoria: *Indulgeat tibi Dominus, ec.*, ex illo S. Jacobi v, 14: *Orent super em, ungentes, etc.* Sed id non potest dici, cum constet ex Florentino, ad valorem sacramenti tria tantum requiri et sufficere, nempe materiam, formam seu verba a ministro prolata, et intentionem ipsius faciendi quod facit Ecclesia. — Ratio 2^a quia si attentio interna de essentia orationis esset, etiam is qui cum involuntaria distractione Horas persolveret, necetiam satisfaceret. — Propter has rationes, minime contemnendas, videtur haec scunda sententia non posse dici improbabili.

Caeterum conveniunt omnes quod, ut dicatur quis non implere, oportet ut non solum advertat distractionem, sed adhuc, ut plene advertat se distrahi ab officio: alias, licet voluntarie se distrahat, non tam voluntarie se distrahit a recitatione. — Scrupulosus autem propter distractiones nunquam tenetur repetere. — la Sua-

Palud. in 4, dist. 15, qu. 5, art. 2, concl. 4n. 24). — *Coninck*, de Sacram., qu. 88, num. 291 et 292. — *Angel.*, v. *Hora*, num. 27 et 28. — *Silvest.*, v. *Hora*, am. 14. — ¹ Part. 3, tit. 13, cap. 4, § 8. — ² In 4, dist. 15, c. 4, art. 2, solut. 4, ad 2. — ³ Loc. cit.

Rationes.

A recitatione excusat: Infirmetas gravis.

Impedimentum justum.

Caecitas aut carentia breviiarii.

Haec sententia non videtur improbabili.

rez, Sotus, Navarrus, Cajetanus, Concina et alii communiter. Vide *Lib. IV, n. 177, v. Caeterum*.

76. - Quaeritur 4^o. *Quaenam causae excusent a recitatione Officii?*

Excusat 1^o. *Infirmetas gravis* sive grave incommodum. — Laborans autem tertiana vel quartana tenetur recitare, et etiam anticipare, si commode potest. Non tenetur tamen anticipare Matutinum in die praecedenti: nullus enim obligatur suo privilegio uti. — Si quis commode potest, tenetur dicere Officium cum socio. — In dubio an ob recitationem graviter laedaris, non teneris; secus in dubio an excuseris, nisi habeas probabilem rationem; sed melius est tunc, ut te remittas medico aut superiori vel saltem viro prudenti. — Quando autem urget morbus, si nequis recitare totum, nec teneris ad partem, quia alias magna superesset tibi scrupulosa anxietas, an pergere possis vel ne in reliquis recitandis. Ita valde probabiliter Suarez, Navarrus ^{a)}, Sanchez ^{a)}, Lugo, Cardenas, Roncaglia, etc., (*Lib. IV, n. 154*).

2^o. *Impedimentum justum*, puta si quis occupetur in officio charitatis, quod non posset omittere sine scandalo aut notabili detrimento proprio aut alieno, v. gr. si nequiret differre concionem sine nota, vel confessiones aliorum in magno concursu (*n. 156*).

3^o. *Caecitas* (*n. 157*).

4^o. *Carentia breviiarii*. — Teneris tamen dicere quae mente retines, modo id quod retines, pertingat ad quantitatem saltem parvae Horae. Et si cares Officio proprio, teneris recitare ex communi. Item si absque magno incommodo potes socium adhibere, teneris. — An autem beneficiarius teneatur etiam conducere socium ad Horas persolvendas, si nequit solus? Adest duplex sententia probabilis; sed affirma-

Suar., lib. 4, cap. 26, num. 20. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 10, qu. 5, art. 5, concl. 7, v. *Rursus requiritur*. — *Navar.*, Man., cap. 25, n. 107. — *Cajet.*, v. *Horae canonicas*, cap. 3. — *Conc.*, de Horis canon., cap. 9, § 1, n. 35. — *Suar.*, de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 28, n. 27. — *Card.*, Cris.,

tiva est communior et tutior; imo omnino sequenda, si ille velit fructus percipere. Cum sola enim probabilitate opinionis oppositae nequit possessionem fructuum inchoare, ut recte ajunt ^{b)} Lessius, Sotus ^{b)}, Salmant., Concina, Contin. Tournely, Bonacina et alii communiter (*num. 158 et Lib. III, n. 761, Qu. 2*).

5^o. Excusat *dispensatio* Pontificis; et etiam proprii episcopi (ad breve tamen tempus), si adsit causa, puta si dubitetur de morali impotentia (*Lib. IV, n. 159*).

Dispensatio.

§ III. - De censuris in genere.

(In hoc paragrapho ponuntur tantum definitiones, divisiones et principia, relictis quaestionibus aliisque notitiis quae habentur in Morali *Lib. VII*, ubi fuse egimus de censuris).

77. - Quaeritur 1^o. *Quid et quotuplex est censura?*

Censura est *poena spiritualis et medicinalis, per quam delinquenti et contumaci per ecclesiasticam potestatem aufertur usus quorundam spiritualium bonorum*.

Quid sit censura.

78. - Dividitur censura: 1^o in excommunicationem, suspensionem et interdictum; — 2^o in eam quae est *a jure*, nempe quae fertur per legem generalem et permanentem, et eam quae est *ab homine*, quae scilicet fertur a praelato per particularem sententiam; — 3^o in eam quae dicitur *latae sententiae*, quae incurritur ipso facto; et *ferendae sententiae*, quae non incurritur nisi post sententiam, prout sunt censurae latae verbis futuri temporis. Vide *Lib. VII, n. 6-8*.

Quotuplex.

79. - Quaeritur 2^o. *Quis potest ferre censuras?*

Possunt omnes superiores ecclesiastici habentes jurisdictionem in foro externo: vel ordinariam, prout Pontifex, concilia, episcopi et ipsorum vicarii, item vicarii capitulares et capitula religionum eorum-

Quis potest ferre censuras.

diss. 33, n. 19 et seqq. — *Ronc.*, de Horis canon., cap. 6, qu. 2. — *Less.*, cap. 20, num. 45. — *Salm.*, tr. 14, cap. 3, n. 31. — *Conc.*, lib. 3, de Just., diss. 3, cap. 16, n. 3, i. f. — *Cont. Tourn.*, part. 2, de Contract., cap. 3, art. 5, concl. 2, i. f. — *Bonac.*, disp. 3, de Contract., qu. 3, punct. 2, n. 11.

76. - ^{a)} De Sanchez et Navarro, vide *lib. 4, n. 154*, not. j.

^{b)} Scilicet auctores citati, loquendo de alia

quaestione, principium generale adducunt. Cfr. *lib. 3, n. 171, Qu. 2*; et de mente Soti vide *ibid.*, notam c.

75. - ^{a)} Vide *lib. 4, n. 176*, not. a.

^{b)} Cfr. notam c, *lib. 4, n. 177*.

que praelati; vel delegatam, ut sunt ii quibus ab habente ordinariam facultas committitur. Vide *Lib. VII, num. 9 et seqq.*

Quaeritur 3°. *Quid requiratur, ut quis possit ligari censuris?*

Requiritur: 1° ut sit homo; 2° ut sit baptizatus; 3° ut sit rationis compos; 4° ut sit persona determinata; 5° ut sit subditus. — Quoad peregrinos vero, vide *ibid., num. 17.*

Quaeritur 4°. *Quid requiratur ad incurrendam gravem censuram, puta excommunicationem majorem vel suspensionem totalem aut ad longum tempus?*

Requiritur: 1°. Peccatum grave, et ut materia sit etiam per se gravis, aut saltem valde conducens ad finem intentum. At in dubio, superioris praeceptum certe ligat. 2°. Actus externus. 3°. Actus consummatus. 4°. Contumacia, ita ut delinquens sciat, crimen non solum vetitum esse jure divino, sed etiam ecclesiastico. Vide autem illationes, quae ex his inferuntur, *ibid., n. 29 et seqq.*

Quaeritur 5°. *Quis possit a censuris absolvere?*

A censura lata per sententiam particularem ordinarie is tantum potest absolvere, qui eam tulit, vel ejus superior aut successor aut delegatus. — Ab illa autem, quae lata est a jure vel ab homine per sententiam generalem (modo non sit reservata), potest absolvere quivis confessorius (*n. 70*).

80. — Hic autem notandum 1°. Quod episcopi ex cap. *Liceat* in Tridentino¹, possunt dispensare in omnibus irregularitatibus et suspensionibus ex delicto occulto; exceptis iis quae oriuntur ex homicidio voluntario et aliis deductis ad forum contentiosum. — Item possunt absolvere a quibuscumque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicae reservatis, quoscumque sibi subditos in dioecesi sua per seipsos aut vicarium ad id specialiter deputandum

¹ Sess. 24, de reform., cap. 6. — *Clem. VIII*, decret. S. C. Episc. et Reg., 26 Nov. 1602, ap. Bizzarri, fol. 18. —

80. — a) Sed vide not. e ad *lib. 6, n. 585*.
b) Cfr. const. *Apostolicae Sedis*, excom. 5, inter excommunicationes simpliciter reservatas S. Pontifici, ubi excommunicantur « im-

(de hoc vide *Append. de Privil., n. 29*). Hanc autem facultatem potest episcopus etiam generaliter aliis delegare (*ibid., n. 34*).

Notandum 2°. Quod praedicta facultas verius sublata est episcopis respectu ad haeresim et alios casus reservatos in bulla Coenae (Vide *ibid., n. 38*). Si tamen quis sit impeditus adire Romam, bene potest absolvi ab episcopo: absolute quidem, si impedimentum est perpetuum: sub juramento vero adeundi Romam, si est temporale, exceptis semper mulieribus et pueris (Vide *ibid., n. 40-45*)^a.

Insuper hic obiter notandum 3°. Quod excommunicatio papalis in violentes immunitatem ecclesiasticam, a qua absolventa Clemens VIII etiam regularibus facultatem abstulit, prout dicitur in *App. cit., n. 99*, illa tantum incurritur ab iis qui violenter et injuste extrahunt ab ecclesia confugientes ad eam^b. — Clemens enim, in suo decreto, nullam aliam excommunicationem regularibus vetavit absolvere respectu ad violentes immunitatem, quam illam quae declarata fuit a Gregorio XIV, qui in bulla 7 declaravit, violentes immunitatem, per extractionem confugientis ad ecclesiam, incurrere ipso facto eandem excommunicationem papalem, quae prius fulminata fuit in violentes libertatem ecclesiasticam a Paulo II, in extrav. *Etsi dominici, de poenit. et remiss.* et a Sixto IV, in alia extrav. *Etsi dominici, eod. tit.* Qui Pontifices hujusmodi excommunicationem ita sibi reservarunt, ut in generali concessione absolventi a casibus Pontificiis haec non comprehenderetur.

Nec obstat textus in cap. *Cum pro causa, de sent. excom.*, ubi cum aliquis in claustro cujusdam monasterii^c quemdam clericum verberasset, dicitur in textu, illum duplicem incurrisse excommunicationem: unam, quia percussit clericum; alteram, quia laesit immunitatem. — Nam

Gregor. XIV, bull. *Cum alias*, § 8, diei 4 Maj 1591; bulla 7 in Bullar. Cherubini, 17 in Bullar. Mainardi.

munitatem asyli ecclesiastici, ausu temerario violare jubentes aut violentes ».

c) Cap. *Cum pro causa* loquitur de claustro cujusdam ecclesiae.

communiter notant DD. cum Fagnano¹, excommunicationem illam ob laesionem immunitatis impositam fuisse non a jure sed ab ipso episcopo. Ita Abbas, cardinalis Hostiensis^d, Ancharanus cum Innocentio, qui verbo *duplicem* sic annotavit: *Duplicem, id est, ob injectionem manum ipso jure, et violationem claustrum ab episcopo latam*. Hinc Fagnanus² cum aliis ut certum habet, nullam adesse excommunicationem latae sententiae Papae reservatam contra percipientes vel furantes in ecclesia^e.

§ IV. — De censuris in specie.

81. — P°. DE EXCOMMUNICATIONE. — Excommunicatio est *censura, per quam privatur homo communione ecclesiastica*. — Est duplex: *minor*, quae privat tantum usu passivo seu receptione sacramentorum (vide *Lib. VII, n. 133*)^a; et *major*, quae privat etiam activo, et omni communicatione, ut infra mox dicemus *n. 83*.

82. — Excommunicatus potest esse vel toleratus vel vitandus. — *Toleratus* est, quem fideles non tenentur vitare, ex constitutione *Ad evitanda* concilii Constantiensis, nec etiam in divinis, ut probabiliter ajunt doctores (vide *Lib. VII, n. 135*). Et idem dicitur de suspensis et interdictis toleratis. — *Vitandus* est, quem fideles tenentur vitare. Et dupliciter quis potest esse vitandus, vel quia est nominatim excommunicatus et denunciatus, vel quia est publicus percussor clerici vel monachi: ita tamen ut factum nulla possit tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excusari, ut dicitur in can. *Si quis suadente, causa 17, qu. 4* (vide *n. 141*). Haec autem excommunicatio, si percussio est enormis vel gravis et publica, tantum a Papa absolvitur^a, nisi percussor sit mulier aut impubes. Hi enim

¹ In hoc cap., num. 10. — *Abbas Panorm.*, in h. cap., n. 5. — *Petr. de Ancharano*, in h. cap. n. 4. — *Innoc. IV*,

possunt absolvi ab episcopo, qui potest etiam absolvere a percussione levi adhuc publica; et adhuc a gravi vel enormi, si sit occulta. Vide *n. 279*.

83. — Excommunicatus igitur excommunicatione majori, esto sit toleratus, privatur: 1° suffragiis Ecclesiae; 2° beneficiis, ita ut collatio beneficii ipsi facta sit omnino nulla; 3° susceptione et administratione sacramentorum, ac omni usu divinarum officiorum; 4° omni communicatione spirituali et civili cum fidelibus. — Ex alia parte peccant fideles, si communicant cum excommunicato vitando, sive in divinis, nempe si cum eo Missam audiant, Officium recitent; sive in civilibus, scilicet si illum alloquantur, cum eo habitent, societatem ineant, eum salutent, scribant ei; quae omnia comprehenduntur illo versu:

Os, orare, vale, communico, mensa negatur.

Hi autem communicantes in tribus casibus peccant graviter: 1° Si communicant in divinis; 2° si in contemptum Ecclesiae; 3° si in crimine criminoso, id est si communicant in eodem crimine (puta concubinato), ob quod ille est excommunicatus; et in hoc tertio casu incurrunt etiam excommunicationem majorem. In aliis vero, regulariter loquendo, peccant tantum venialiter et ligantur sola excommunicatione minori; a qua culpa et excommunicatione excusat necessitas, utilitas, lex conjugii, subjectio et ignorantia, quae alio versu continentur:

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Vide de his *Lib. VII, n. 188 et seqq.*

Dixi: *regulariter loquendo*. Nam esto sit probabile, quamcumque communicationem civilem cum vitando esse tantum venialem, probabiliter tamen est, esse mor-

in h. cap., n. 1. — ² In cap. *Inter alia*, de immunit. eccles., num. 102.

d) Hostiensis, in cap. *Cum pro causa, de sent. excom., n. 1*, tenet excommunicationem illam de qua agitur, ob laesionem immunitatis, impositam esse a jure. « Violator immunitatis ecclesiasticae ipso jure excommunicatur et secundum hoc idem esset si in claustro laicum verberasset ».

e) Fagnanus, *loc. cit.*, loquitur solum de furantibus in ecclesia. Sed revera in cap. *Cum pro causa, de sent. excom., n. 10*, dicit de percipientibus non adesse excommunicationem a jure.

81. — a) Cfr. *lib. 7, n. 147*, notam a.

82. — a) Vide not. a, *lib. 7, n. 264*.

talem, si sit frequens cum proposito frequenter cum eo communicandi.

Quid et quotuplex sit suspensio.

84. - II°. DE SUSPENSIONE. — Suspensio est *censura, qua clericus functiones aliquas ecclesiasticas exercere prohibetur*. — Multipliciter autem dividitur suspensio: 1° Alia est *a jure*; alia *ab homine*; 2° alia fertur ad *certum tempus*, quo elapso expirat; alia fertur *absolute*, quae manet, donec per absolutionem auferatur; 3° alia est *ab officio*, nempe Ordinis vel jurisdictionis; alia *a beneficio*; et alia *ab utroque*, tam ab officio quam a beneficio. Vide quaestiones super hac censura in *Morali Lib. VII, n. 312 et seqq.*

Quid et quotuplex depositio.

85. - III°. DE DEPOSITIONE. — Depositio est, *quae privat simpliciter omni usu officiorum et beneficiorum*. — Depositio autem alia est *realis*, quae dicitur etiam degradatio; alia *verbalis*, quae absolute dicitur depositio. Prima fit cum solemnitate et privat privilegio tam fori quam canonis, absque spe restitutionis. Secunda vero fit sine solemnitate et utroque privilegio retento. Vide *Lib. VII, n. 323.*

Quid, interdictum,

86. - IV°. DE INTERDICTO. — Interdictum est *censura ecclesiastica prohibens usum tam divinatorum officiorum quam aliquorum sacramentorum, et etiam ecclesiasticae sepulturae usum, quatenus talis est*. — Dicitur: *quatenus talis est*; quia excommunicatio etiam privat eodem usu, sed quatenus est communicatio cum fidelibus; suspensio autem non impedit proprie usum, sed exercitium potestatis ecclesiasticae.

Interdictum aliud est *locale*, quod immediate afficit locum; aliud *personale*, afficiens personas. Potest esse etiam *mixtum*, quod afficit immediate tam locum quam incolas. Vide alia *Lib. VII, num. 328 et seqq.*

et cessatio a divinis.

Adest etiam *cessatio a divinis*, quae definitur: *Prohibitio clericis facta, ut abstineant ab officiis divinis et ab ecclesiastica sepultura*. — Haec non est censura, nec imponitur per modum medicinae, sed tantum in signum moestitiae, ob aliquam gravissimam injuriam Deo vel Ecclesiae

irrogatam. Ipsa imponi potest a quibus imponuntur censurae.

87. - V°. DE IRREGULARITATE. — Irregularitas est, *impedimentum canonicum, ordinum sacrorum susceptionem et susceptorum usum impediens*. — Dictum est, *impedimentum*, non censura; quia sic vult communior et probabilior sententia. Vide *Lib. VII, n. 341.*

Notandum hic 1°. Quod irregularitas non incurritur, nisi in jure sit expressa, ex cap. *Is qui, de sent. excom., in 6°*. Unde in dubio non incurritur, nisi dubium sit circa homicidium factum: in dubio enim, an quis ad illud concurrerit vel ne, habetur ut irregularis (*n. 347*).

Notandum 2°. Quod ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiritur saltem scientia legis ecclesiasticae prohibentis. — An autem etiam scientia poenae? Probabiliter adhuc affirmant Navarrus, Silvester^{a)}, Sanchez, Palaus^{a)}, Roncaglia^{a)}, etc. Vide *n. 351.*

Irregularitas tollitur: 1° per cessationem causae, si sit ex defectu aetatis, ignorantiae aut paupertatis, vel infamiae facti, quae tollitur etiam per mutationem loci aut per emendationem; nam alias, si est juris, scilicet per sententiam, requiritur dispensatio; 2° per Baptismum, si sit ex delicto^{b)}; 3° per dispensationem; 4° per professionem religiosam. Vide *n. 352.*

88. - Irregularitas alia est ex delicto, alia ex defectu.

Irregularitates ex delicto sunt sex:

1°. Ob Baptismum serio et scienter iteratum; et tunc fit irregularis tam baptizans quam baptizatus. Vide *Lib. VII, n. 356.*

2°. Ob violationem censurae, nempe si quis ea innodatus scienter exercet actum ordinis solemniter (*n. 357*).

3°. Ob peccatum, quo clericus scienter et serio actum ordinis sacri, quem non habet, solemniter exercet (*n. 359*).

4°. Ob aliquas furtivas susceptiones ordinum, id est: 1° si quis accipit ordinem sine approbatione episcopi, ex cap. *1, de eo qui furtive, etc.*; 2° si absque dispen-

Quid sit irregularitas.

Non incurritur nisi exprimat in jure.

Ab illa incurrenda excusatur ignorantia.

Quomodo tollatur.

Irregularitates ex delicto.

satione ejusdem suscipit eadem die plures ordines, quorum unus est sacer, ex cap. *2 et 3, eod. tit.*; 3° qui post matrimonium contractum ante consummationem accipit ordinem sacrum, uxore renitente, ex extrav. *Antiquae, de voto*. Vide *n. 361.* — Diximus autem: *ob aliquas*; nam aliae furtivae ordinum susceptiones enumeratae supra, *n. 46*, inducunt tantum suspensionem (Papae quidem reservatam, si est publica), sed non irregularitatem. Et idem probabiliter dicendum de eo qui, censura irretitus, sacrum accipit ordinem, scilicet, quod non fiat irregularis, nisi in ipsa ordinatione ordinem ultro exercent, juxta dicenda hic, *n. 91.*

5°. Ob enormia crimina, si sint publica et notoria facto vel jure habeantque a jure annexam infamiam: ut sunt adultarium, incestus, sodomia, perjurium in judicio, haeresis, simonia, rapina, lenocinium, exercitium usurarum, raptus mulierum et similia. Haec autem irregularitas, si est facti, tollitur per emendationem; si juris, per dispensationem. Vide *Lib. VII, n. 364.*

6°. Ex injusta mutilatione, et tanto magis ex homicidio voluntario, ex cap. *Si quis 1, de homic. et ex clem. un., eod. tit.* Haecque irregularitas extenditur etiam ad mandantes, consulentes aut aliter concurrentes, ex can. *Si quis viduam, dist. 50*. Vide alia super hoc puncto *n. 365 et seqq.*

89. - Irregularitates autem ex defectu sunt octo:

1°. Ex defectu *animae*, ex quo irregulares sunt 1° amentes, phrenetici et epileptici; 2° illitterati, juxta dicta hic, *n. 35*; 3° neophyti seu recenter conversi.

2°. Ex defectu *corporis*, nempe si quis habet vitium quod vel impedit congruum exercitium Ordinis, vel notabilem affert indecentiam. — Ex primo capite *impedimenti* sunt irregulares caeci, surdi, muti, carentes manu aut digitis omnibus, aut pollice vel indice. — Ex secundo autem

capite *deformitatis* sunt irregulares leprosi, carentes naso et aliter monstruosi, puta habentes gibbam valde enormem. Vide *Lib. VII, n. 403.*

3°. Ex defectu *natalium*, ex quo sunt irregulares omnes illegitimi; qui tamen legitimantur vel per subsequens matrimonium, vel per professionem religiosam, vel per dispensationem Pontificis. Vide *n. 420 et seqq.*

4°. Ex defectu *aetatis*; de quo vide dicta hic, *n. 43 et 44.*

5°. Ex defectu *sacramenti*, nempe ex bigamia. — Dicitur: *sacramenti*, eo quod duas ducens uxores nequit apte significare unionem Christi cum Ecclesia, quae fuit unica ejus sponsa. — Bigamia autem triplex est, quae impedit a susceptione ordinum, scilicet: 1° *vera*, quando quis cum duabus successive verum contraxit matrimonium; 2° *interpretativa*, quando quis sola fictione juris censetur duas habuisse uxores, de quo vide *Lib. VII, n. 437 et seqq.*; 3° *similitudinaria*, quae contrahitur ex attentatione matrimonii (quamvis invalidi) cum corrupta, vel cum virgine post votum solenne emissum in religione vel post susceptionem sacri ordinis. Vide *n. 448.*

6°. Ex defectu *infamiae*, de qua vide dicta hic, *n. 88, ad 5*; nam irregularitates ex defectu et ex delicto ob infamiam in idem coincidunt.

7°. Ex defectu *libertatis*. Unde sunt irregulares: 1° omnes servi proprie dicti; 2° conjugati; 3° curiales obligati curiae propter juramentum aut stipendium; 4° milites, saltem quamdiu juramento tenentur. Vide *n. 455 et 456.*

8°. Ex defectu *lenitatis*, scilicet ex licita mutilatione membri, quae fit a chirurgis cum incisione vel adustione, vel ex licito homicidio in bello justo offensivo, aut in judicio per cooperationem activam, efficacem, proximam et ad occisionem ordinatam. Vide *n. 457 et seqq.*

Navar., Man., cap. 23, n. 47, i. f. — Sanchez, de Matr., lib. 9, disp. 32, n. 21.

87. - a) Cir. lib. 7, n. 351, not. b et c.

b) Vide not. a, lib. 7, n. 352.

SECTIO II. - DE DIACONATU.

90. *Quid diaconatus, et quae ipsius materia et forma.* — 91. *Officia diaconi. - Censura ligatus, etc. - De poenitentia imposita ab episcopo; an implenda sub gravi.*

90. - Diaconatus est ordo, quo confertur potestas immediate assistendi sacerdoti in Missa, porrigendo ei patenam cum hostia et calicem cum vino, item legendi evangelium et praedicandi.

Sententia nobis probabilior, juxta dicta hic, n. 28, tenet, unicam diaconatus materiam esse manuum episcopi impositionem, unicamque formam esse verba episcopi: *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, etc.*

Sed quia altera sententia etiam est probabilis, ideo tenenda, nempe, quod correctio instrumentorum etiam sit materia integralis partialis; ac propterea dicendum quod materia diaconatus est duplex, scilicet impositio manus dexteræ episcopi cum forma: *Accipe Spiritum Sanctum, etc.*, et traditio libri evangeliorum cum forma: *Accipe potestatem legendi evangelium, etc.* Ambo autem sunt materiae et formae partiales, unum ordinem constituentes. — Valeret etiam traditio bibliorum, quia ibi jam continentur evangelia ^{a)}.

Sed dices: Ab initio quomodo ordinabantur diaconi, quando deerat liber evangeliorum? — Respondetur, Christum Dominum reliquisse Ecclesiae potestatem determinandi in specie materias et formas sacramentorum, quorum ipse non determinavit. Et juxta hanc sententiam character imprimitur in ipsa libri datione, ut dicit D. Thomas, sive in prolatione se-

D. Thom., Suppl., qu. 37, art. 5, ad 5. — *Valent.*, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 6, qu. 2, punct. 10, § 2. — *Palaut*, tr. 7,

cundae formae (*Lib. VI, n. 748*). Ita juxta hanc sententiam. Sed vide dicta in Opere, *Lib. VI, n. 736 et seqq.*

91. - Officia diaconi, praeter dicta, sunt: 1^o. Solemniter baptizare, sed non nisi de licentia parochi et in gravi necessitate: alias diaconus, qui baptizat solemniter sine commissione, etiam in necessitate, irregularitatem incurrit. — 2^o. Ministrare Eucharistiam. Sed pariter id non licet, nisi fiat ex commissione parochi et in necessitate gravi, nempe si populus sit communicaturus, et desit sacerdos (*Lib. VI, n. 237, Qu. 1*). Alias, si ministrat sine commissione, etiam fit irregularis (*n. 234*). — 3^o. Deferre pyxidem aut ostensorium cum Eucharistia. — 4^o. Praedicare, et lavare corporalia in defectu subdiaconi.

Diaconus autem censura ligatus irregularitatem incurrit, si ministrat, juxta dicta *n. 88, ad 2.* — Qui vero irretitus censura diaconatum suscipit, non fit irregularis, nisi in Missa ordinationis ultro ordinem susceptum exerceat. Vide *Lib. VI, n. 799, v. Utrum autem.*

Quaeritur: *an obliget poenitentia, imposita diaconis et subdiaconis ab episcopo, recitandi nocturnum diei currentis, et sacerdotibus tres Missas celebrandi?*

Alii affirmant; sed probabiliter alii, ut Sotus ^{a)}, Valentia, Palaut, Pellizzarius, Gobat, etc., dicunt, dicendas tantum de decencia, non autem de obligatione, saltem non gravi, cum de ea non constet (*n. 829*).

disp. 2, punct. 1, § 1, n. 5. — *Pelliz.*, tr. 8, cap. 2, n. 194. — *Gobat*, tr. 3, n. 713.

90. - ^{a)} Vide *lib. 6, n. 746, not. c.*

91. - ^{a)} Cfr. not. *b* et *lib. 6, n. 829.*

SECTIO III. - DE PRESBYTERATU.

92-93. § I. De ordine presbyteratus. - *Quid presbyteratus. - Quae materia et forma.* — 94. *De defectibus supplendis.* — § II. De Sacrificio Missae. — 95. *Quid sacrificium et quotuplex.* — 96. *Quid Missa.* — 97. *Qu. 1. Quae requirantur ad Missam. - De materia Missae, et hic de pane.* — 98. *De vino.* — 99. *De praesentia materiae.* — 100. *De forma.* — 101. *Qu. 2. Quomodo Christus sit praesens.* — 102. *Qu. 3. Effectus Missae.* — 103. *Qu. 4. Pro quibus offerri possit.* — 104. *Qu. 5. Quotuplex fructus.* — 105. *An Missa sit infiniti valoris.* — 106. *Qu. 6. De stipendio licito.* — 107. *Dilatatio Missae.* — 108. *Retentio partis eleemosynae.* — 109. *An parochus, etc.* — 110. *Applicatio.* — 111. *Qu. 7. Quoties celebrandum.* — 112. *Qu. 8. An omnes rubricae sint praeceptivae.* — 113. *Qu. 9. Quando Missa possit dici. - An ante Matutinum; et an die Coenae Domini et Sabbati Sancti.* — 114. *Qu. 10. Ubi Missa dicenda.* — 115. *De pollutione ecclesiae.* — 116. *Qu. 11. Quae requirantur ad celebrandum: 1. Altare.* — 117. *2. Calix et patena.* — 118. *3. Vestes.* — 119. *4. Corporale.* — 120. *5. Palla et purificatorium.* — 121. *6. Missale.* — 7. *Minister.* — 122. *8. Crux cum Crucifixo.* 9 et 10. *Candela, bursa, etc.* — 123. *Neopresbyteri an consecrent, etc.* — 124. *An tres Missae injunctae, etc.* — 125. *Missa dicenda alte, breviter, etc.* (De celebrantibus nimia celeritate locuti sumus, *lib. VI, n. 400*). — 126. *De Missis votivis.* — 127. *Quando pluries in die, etc.* — 128. *Si dum celebratur, polluitur ecclesia, vel accedit excommunicatus.* — § III. De potestate sacerdotali. — 129. *Sacerdos simplex tantum Eucharistiam potest conficere et ministrare; et Poenitentiam in necessitate.* — 130. *Scitu necessaria cuilibet sacerdoti circa ministrandam Poenitentiam in necessitate.* — 131-132. § IV. De munere docendi et praedicandi.

§ I. - De ordine presbyteratus.

Quid sit presbyteratus.

92. - Presbyteratus est ordo, quo confertur potestas consecrandi Corpus et Sanguinem Jesu Christi et absolvendi fideles a peccatis. Ordo autem sacerdotii institutus fuit a Christo in Coena, cum dixit: *Hoc facite in meam commemorationem;* et post Resurrectionem, quando dixit: *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.*

Quaenam est materia presbyteratus?

Quae ipsius materia et forma.

Juxta nostram probabilior sententiam, ut diximus hic, *n. 28 et Lib. VI, n. 749*, est unica, nempe secunda impositio manuum episcopi cum presbyteris. — Sed probabilis est etiam sententia quod sit duplex, nempe traditio calicis cum vino, superposita patena cum hostia, cujus forma est: *Accipe potestatem offerendi sacrificium, etc.*; et tertia impositio manuum, cujus forma: *Accipe Spiritum Sanctum. Quorum remisistis peccata, etc.* Et haec sententia, cum sit probabilis, omnino in praxi tenenda est. Vide *Lib. VI, n. 749 a)*.

Corollaria pro praxi.

93. - Hinc dicimus 1^o. Quod in ordinatione sacerdotum una cum calice et patena tradenda est utraque species, nempe panis et vini. Aliter non daretur directa

potestas ad integrum sacrificium. Et eodem tempore debet tradi, cum potestas sacerdotalis ad sacrificandum sit indivisibilis: ita probabilior sententia, quae omnino tenenda est (*n. 750 a)*). Item debet tradi ab eodem ordinante et celebrante, ut dictum est hic, *n. 53, in fine.*

Dicimus 2^o. Quod non sufficit tangere tantum calicem et non patenam, cum probabilis sit sententia, utrumque esse tangendum (*n. 753*).

Dicimus 3^o. Quod, licet ex communi sententia valide ordinatus sit, qui tantum hostiam et non patenam tetigit, quia hostia et vinum sunt materia substantialis et calix ac patena tantum ob decemiam adhibentur; attamen consultius est, ut talis ordinatio repetatur, cum quatuor doctores de ea dubitent, et in Pontificali, ubi fit sermo de materia, dicitur: *Et cuppam calicis et patenam simul tangunt (n. 751)*. Et idem videtur dicendum de eo qui tangit tantum patenam et calicem, et non hostiam (*n. 752 b)*).

94. - Quaeritur: *Quando defectus suppleri debeat in ordinatione presbyteratus?*

Si defectus est circa *essentia*, nempe circa materiam vel formam, omnino or-

92. - ^{a)} Cfr. *lib. 6, n. 749, not. d* et *g.*
93. - ^{a)} Vide not. *c* ad *lib. 6, n. 750.*

^{b)} Cfr. *lib. 6, n. 753, not. d*, ubi referuntur plura S. O. responsa.

Quando nam suppleri debeant defectus circa essentialia.

Defectus circa accidentalialia.

Et quonam tempore.

Quid et quotuplex sit sacrificium.

Definitio sacrificii Missae.

dinatio repetenda est: et quidem tota, si defectus sive ejus dubium vertitur quoad traditionem primae potestatis super corpus Christi reale: si vero quoad secundam circa corpus mysticum, tantum secunda repeti debet. — Si autem defectus est circa *accidentalialia*, tunc si est de re levi, puta si ordinatus non dixerit canonem, talis caeremonia (aut similis) non oportet repeti; si autem in re gravi, puta si defuerit unctio manuum, vel si neopresbyter non protulerit verba consecrationis cum episcopo, tunc defectus quamprimum supplendus est, et ab eodem episcopo, si fieri potest. Alias graviter peccaret ordinatus id negligendo aut in ordine ministrando (*Lib. VI, n. 758*).

Quonam autem tempore praefati defectus suppleri debeant?

Respondetur quod, si sint circa accidentalialia, probabiliter quovis tempore suppleri possunt. — Si vero circa essentialia, idem dicunt Salmant. cum aliis; sed ex probabiliori et communiori sententia supplendi sunt temporibus statutis ordinationum, ut colligitur ex cap. *Presbyter, de sacrament. non iterand.*, nisi agatur de solo dubio validitatis ordinationis, ut probabiliter plures DD. opinantur (*n. 759*).

§ II. - De sacrificio Missae.

95. - Sacrificium, loquendo in genere, sic definitur: *Est oblatio rei sensibilis facta Deo per immolationem in signum ejus supremi dominii*. — Quadruplex autem potest esse sacrificium: *Latreuticum*, ad Deum colendum; *eucharisticum*, ad gratias agendas; *impetratorium*, ad beneficia impetranda; *propitiatorium*, ad veniam obtinendam.

96. - Missa vero definitur sic: *Est corporis et Sanguinis Domini Jesu Christi consecratio et oblatio*. Et est verum sacrificium, omnium aliorum rationem completens; eademque est hostia, quae in cruce oblata fuit, *sola offerendi ratione diversa*,

Salmant., tract. 8, cap. 4, num. 79. — ¹ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 2. — *Bellarmin.*, de Euchar., lib. 5, cap. 27, prop. 7 et 8. — *Tourn.*, Praelect. de Sacrif. Miss.,

ut docet Tridentinum ¹. — Essentiam sacrificii alii dicunt consistere in *consecratione*, alii in *oblatione*, alii in *sumptione*, alii demum probabilius in *consecratione* simul et *sumptione*, ut Bellarminus, Sotus ^{a)}, Bonacina ^{a)}, Tournely (*Lib. VI, n. 305*). — Ad essentiam autem sacrificii probabilius requiritur consecratio utriusque speciei, nempe panis et vini; aliter non satis exprimeretur commemoratio sacrificii cruenti crucis (*n. 306*).

97. - Quaeritur 1°. *Quae requirantur ad Missam perficiendam?*

Tria sunt necessaria: Intentio, materia et forma.

Requiritur *intentio* consecrandi sive conficiendi sacramentum, saltem virtualis, scilicet quae perseveret ex intentione actuali prius habita; quam certe habet, juxta dicta hic, *n. 9*.

Plura nunc sunt notanda de materia et forma Missae.

Materia est ipse Christus Dominus, realiter existens sub speciebus panis et vini. — Panis consecrandus debet esse usualis et communis, ex farina triticea et aqua naturali (saltem pro majori parte) confectus, igneque coctus per modum panis, et non cum alia materia ex aequo vel quasi permixtus, ut ait D. Thomas, ac non corruptus aut corruptioni proximus; alias non est materia apta. — Ut autem sit materia licita, in ecclesia latina panis debet esse azymus, in graeca fermentatus (*Lib. VI, n. 198-205*).

Hic autem notandum 1°. Quod, si Graecus transit per loca Latinorum (et sic Latinus per Graeciam), ubi non sit ecclesia, in qua ritus graecus servetur, potest pro suo arbitrio in azymo et in fermentato celebrare. Ita communiter doctores *n. 203*.

Notandum 2°. Quod consecrare hostiam fractam vel maculatam non licet. Sed non est mortale, nisi fractura vel macula esset valde enormis, ut dicunt Quarti, Pasqua-

art. 2, concl. 4 et 5. — *D. Thom.*, 3 P., qu. 74, art. 3, ad 3. — *Quarti*, Rubricae Missal. Rom., part. 3, tit. 10, num. 9, dub. 1.

Ad Missam perficiendam requiritur intentio.

Materia, seu panis,

azymus pro Latinis.

Hostia non fracta nec maculata,

figurae orbicularis et major pro sacerdote.

Vinum ex uvis expressum.

Quaedam materiae invalidae.

Aut validae sed illicitae.

ligo ^{a)}. Et Croix addit cum Gobat, quod, si fractura deprehendatur post oblationem, talis hostia licite consecrabitur, secluso scandalo populi (*n. 204*).

Notandum 3°. Quod hostia debet esse figurae orbicularis, et major pro sacerdote; si vero major desit, ut dicunt Roncaglia, Quarti ^{b)}, Elbel, Gobat et Tamburinus, probabiliter potest sacerdos, etiam causa devotionis, consecrare minorem; modo (advertunt) absit populi scandalum; sed addunt, quod hoc scandalum facile praecaveri potest, monendo populum de defectu hostiae majoris (*n. 205*).

98. - Vinum autem debet esse ex uvis expressum; cui ex gravi praecepto Ecclesiae modica aqua est in calice admiscenda (ad significandam unionem fidelium cum Christo), quae saltem non excedat tertiam vini partem; quamvis hanc opinionem aliqui DD. non admittant, nisi vinum sit generosum. Sufficit vero admiscere unam aquae guttam (*Lib. VI, n. 208 et 210*).

Non est materia apta vinum ex agresta, nec acetum, nec vappa (id est vinum, cujus vis evanuerit) ^{a)}, nec lora, vulgo *aguata*. Vinum autem cum alio liquore, etsi modico mixtum, vel mustum de uvis tunc expressum est quidem materia apta ad sacramentum, sed graviter illicita, ut dicitur in rubrica ^{b)}; — ubi idem docetur de vino quod *coeperit acescere vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre*. Dicunt ^{c)} tamen Croix, Gobat et Sporer (*n. 206 et 207*), quod deficiente alio vino licet uti vino tantum parum acescente. Ait enim card. Lambertini ¹, quod praefata rubrica deducta est ex doctrina S. Thomae ² qui docet, non posse quidem sacramentum confici de aceto, *posse tamen confici de vino acescenti (quod) est in via ad corruptionem; licet peccet conficiens*. Unde rubrica non videtur accipienda cum

Croix, lib. 6, part. 1, n. 432. — *Gobat*, tr. 3, n. 831 (edit. Monach., n. 832). — *Ronc.*, tr. 18, qu. 1, de Euch., cap. 2, qu. 6, resp. 3. — *Elbel*, confer. 11, de Institut. Euch., n. 15. — *Gobat*, tr. 3, n. 47. — *Tamb.*, Method. celebrand. Miss., lib. 2, cap. 8, § 8, n. 16. — *Rubr. Missal.*, tit. de defectib., iv, 2. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 546. — *Gobat*,

97. - ^{a)} Cfr. notam a. lib. 6, n. 204.

^{b)} Vide lib. 6, n. 205, not. c.

98. - ^{a)} Cfr. not. b ad lib. 6, n. 206.

tanto rigore, ut comprehendat omnes etiam primos gradus acrimoniae, sed tantum illos qui jam proxime incipiunt constituere vinum acescens, vulgo dictum *vino colla punta* sive *andato allo spunto*.

Nec licet consecrare in vino congelato, nisi liquefiat, dum consecratur (*n. 207, Qu. 2*). Quod autem vinum congelatum sit materia apta, nequit dubitari, dum dicitur in rubrica ³: *Si in hyeme Sanguis congeletur in calice, involvatur calix pannis calefactis, etc., donec liquefiat*. Ergo per congelationem non corrumpuntur species vini, alias desineret esse ibi Sanguis Christi. Vide *ibid.*

Quid, si celebrans in sumptione adverteret, vinum esse corruptum?

Alii dicunt, sufficere ut sola fiat consecratio vini. Sed melius est juxta rubricam, nisi adsit scandalum, iterum vinum et novam hostiam consecrare, incipiendo a verbis: *Qui pridie, etc.* (vide dicta *Lib. VI, n. 222 et 288*). Et in dubio an fuerit materia apta, etiam est repetenda consecratio vini sub conditione, ut verius ajunt Croix, Pasqualigo et Aversa contra Tamburinum et Sporer; quia possidet obligatio faciendi sacramentum integrum (*n. 206, v. Quoad*).

99. - Insuper ad validam consecrationem requiritur, ut materia 1° sit sensibiliter, saltem moraliter praesens. Unde invalide consecratur materia tam valde modica, ut nequeat sensu percipi, aut valde remota vel posita post tergum aut parietem. Dicitur vero: *saltem moraliter*, quia bene consecrat caecus vel existens in tenebris, si aliunde certus sit moraliter de praesentia materiae (*Lib. VI, n. 211-213*).

Requiritur 2°. Ut sit certa et determinata, saltem aliquo modo certo, puta primae duae hostiae ex parte dextera; tunc autem jam consecratur ex intentione

tr. 3, n. 54. — *Spor.*, part. 2, cap. 3, n. 157. — ¹ Notif. 77, n. 2. — ² 3 P., qu. 74, art. 5, ad 2. — ³ Tit. de defectib., x, 11. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 535. — *Pasq.*, de Sacrif. Miss., qu. 301, num. 6 et 8. — *Aversa*, qu. 11, sect. 16, v. *Secundo*. — *Tambur.*, Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 8, § 5, n. 6. — *Spor.*, part. 2, cap. 3, n. 157.

^{b)} Vide lib. 6, n. 207, notam b.

^{c)} Haec S. Doctor addidit an. 1763 in quinta editione Theologiae moralis.

Quid si celebrans in sumptione advertat vinum esse corruptum.

Materia debet esse praesens.

Certa et determinata.

96. - ^{a)} Vide lib. 6, n. 305, not. e et h.

virtuali, licet de ea sacerdos consecrando obliviscatur (n. 214-216). Si autem ciborium tempore consecrationis remanserit extra altare^{a)}, probabilius est, ipsum rursus esse sub conditione consecrandum, ut docet card. Lambertini¹. Tunc enim dubium est an sit facta consecratio (n. 217). — Quoad guttas autem vini separatas, sed intra calicem existentes, ait Croix expedit ut sacerdos intendat eas consecrare, ne quid sit in calice non consecratum. Sed melius mihi videtur id intendere de guttis proximis fundo, non vero de remotis. Vide Opus nostrum *Lib. VI, n. 215, v. Quaeritur*.

Si offerantur hostiae parvae paulo post oblationem, licite consecrantur, mentaliter oblatione suppleta. Gavantus, Tamburinius, Possevinus, Aversa, etc. — Idque probabiliter fieri potest etiam post canonem inceptum, ut ajunt Gobat, Quarti^{b)}, Burghaber, Possevinus, Diana^{b)}, Tamburinius et card. Lambertini^{c)}, saltem si aliter plures communionem carerent; aut etiam, censeo, si communicatus non posset exspectare, vel si persona gravis aut nobilis communionem petat. Tunc propter hujusmodi causas permittunt S. Antoninus, Silvester, Bonacina, Sà, Tamburinius, Possevinus, Gobat, Dicastillus, etc., dari posse etiam partem hostiae magnae, vel dividi hostias minores in plures particulas. Vide Opus nostrum, *Lib. VI, n. 217, 4o*.

100. - Forma autem Eucharistiae sunt verba quae proferuntur in consecratione panis et vini. — An autem in consecratione vini sola verba: *Hic est calix sanguinis mei*, sint de essentia vel etiam alia. Utraque sententia est probabilis; sed certe graviter peccat reliqua omittens

¹ De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 18, n. 6. — Croix, lib. 6, part. 1, num. 459. — Gavanti, part. 5, tit. 10, num. 19. — Tamb., loc. cit., cap. 5, § 2, num. 8. — Possev., de Offic. curati, cap. 2, n. 28. — Aversa, qu. 11, sect. 12, v. Quinto. — Gobat, tr. 3, num. 85. — Burgh., centur. 2, cas. 28. — Possev., loc. cit. — Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 5, § 2, n. 10 et 11. — S. Anton., part. 3, tit. 13, cap. 6, § 5. — Silvest., v. Eucharistia II, n. 15, v. Septimum. — Bonac., de Euch., qu. 5, punct. 1, n. 14. — Sà, v. Eu-

(*Lib. VI, n. 223*). — An vero ad consecrationem requirantur de necessitate sacramenti verba praecedentia: *Qui pridie, quam pateretur, etc.* Communis sententia negat; sed Scotus dubitat, ejusque sententiam Dupasquier et Contin. Tournely dicunt non carere omni probabilitate; atque ego dicere improbabilem non audeo. Vide *Lib. VI, n. 220-224*.

Forma autem Eucharistiae debet proferri *recitative et significative*, id est, referendo verba Christi et applicando illa ad materiam praesentem, ut transmutetur ipsa in corpus et sanguinem Christi, ut ajunt Concina et Salmant., cum D. Thoma. Vide n. 220, in fine.

Si quis autem propter balbutiem diceret: *Hoc est corpus meum vel copus meum, vel corpus meun, vel calis, vel zanguinis*, valide consecrat, ut Suarez^{a)}, Lugo^{a)}, Croix et alii communiter, ex can. *Retulerunt, dist. 4, de consecr.*, ubi Baptisma collatum *in nomine Patria et Filia, etc.* validum declaratur. Ratio est, quia voces ita sunt constitutae, ut, si aliquando cum vitio proferantur, idem significant; modo alium sensum non ingerant (n. 224).

Hic autem advertendum sedulo id, quod ait rubrica²: *Si celebrans non recordetur se dixisse ea quae in consecratione communiter dicuntur, non debet propterea turbari (scilicet repetere) ... Si vero valde probabiliter dubitet, se aliquid essenziale omisisse, iteret formam, saltem sub tacita conditione*.

101. - Quaeritur 2^o. *Quomodo Christus sit praesens in Eucharistia?*

Respondetur, Christum in Eucharistia non esse praesentem per *productionem*, nec per *adductionem* de coelo, sed per conversionem substantiae panis in sub-

stantiam, num. 15. — Tambur., Method. SS. Commun., cap. 6, num. 31 et 32. — Possev., de Offic. curati, cap. 2, num. 28. — Gobat, tr. 3, num. 86. — Scot., in 4, dist. 8, qu. 2, num. 4, 5 et 10. — Dupas., de Euch., disp. 2, qu. 4, concl. 2. — Contin. Tourn., de Euch., cap. 4, artic. 2, concl. 3. — Conc., de Euch., cap. 5, n. 14. — Salm., tr. 4, cap. 5, num. 51. — D. Thom., 3 P., qu. 78, art. 5. — Croix, lib. 6, part. 1, num. 86. — ² De defectibus, v. num. 2.

Proferri debet recitative et significative.

Mutationes accidentales.

De modo praesentiae Christi in Eucharistia.

stantiam Corporis Christi, cui conversioni convenienter aptatum est nomen *transubstantiationis*. — Christus autem sub panis et vini speciebus continetur sacramentaliter et ineffabili modo, qui debet credi, sed intelligi non potest (*verbis exprimere vix possumus*, ait Tridentinum¹). Salvator enim existit ibi sine extensione partium in ordine ad locum, et tamen est ibi totum Christi Corpus cum anima et divinitate per concomitantiam: et unaquaeque pars Christi ibi extra aliam existit. Atque Christus est *totus... et integer... sub quavis ipsius speciei parte*, ut docet Tridentinum². Sed hoc intelligendum separatione facta, ut habetur ex Tridentino³. Unde, separatione non facta, remanet quaestio indecisa, an Christus sit totus sub quavis speciei parte. — In Eucharistia autem, licet non sumatur persona Patris nec Spiritus sancti, prout sumitur persona Verbi, quae est hypostatice humanitati unita, tamen sunt in Eucharistia etiam personae Patris et Spiritus sancti ob naturalem unionem sive naturae divinae identitatem, quam habent cum Verbo.

102. - Quaeritur 3^o. *Quinam sint in Missa offerentes, et quinam effectus Missae?*

Offerentes sunt tres: Christus, qui est principalis offerens, Ecclesia, et sacerdos qui offert ut minister tam Christi quam Ecclesiae. Ita Bellarminus⁴.

Effectus autem Missae sunt quatuor:

1^{us} est *remissio peccatorum*, non quidem immediate et per se, sed mediate per auxilium quod in Missa impetratur ad poenitentiam, qua venia deinde obtinetur. Ita communiter Bellarminus, Suarez et alii cum D. Thoma⁵ qui ait, Missam delere peccata, *in quantum gratiam contritionis impetrat*. Idque recte docent et com-

¹ Sess. 13, de Euch., cap. 1. — ² Loc. cit., cap. 3. — ³ Loc. cit., can. 3. — ⁴ De Euch. (Miss.), lib. 6, cap. 4, v. Sequitur. — Bellarm., loc. cit., cap. 4, propos. 2. — Suar., disp. 79, sect. 3, v. Dico 2 et seqq. — ⁵ In 4, dist. 12, qu. 2, art. 2, solut. 2, ad 4. — Valent., in 3^{am} P., disp. 6, qu. 11, punct. 1, § 22, v. Videtur autem. — Gonet, Clymp., disp. 11, de Sacr. Miss., art. 4, n. 88, v. Dico 3. — Suar., disp. 79, sect. 6. — Conc., de Sacr. Miss., cap. 3, n. 11. —

munissime auctores cum eodem S. Doctore, contra Canum^{a)} et Valentia, procedere tam de mortalium quam venialium culparum remissione (*Lib. VI, n. 311*).

2^{us} est *remissio poenarum*. Hae per Missam immediate remittuntur homini justo, pro quo Missa offertur. Communiter Gonet, Suarez, Concina, Salmant. alique cum D. Thoma⁶, dicente quod hoc sacramentum, *in quantum... est sacrificium, habet vim satisfactivam*.

3^{us} est *incrementum gratiae*, non jam ex opere operato et immediate, ut sentiunt aliqui, sed mediate per auxilia quae obtinentur ex Missa ad bonos perficiendos actus, quibus gratia augetur, ut docent Palaus, Vasquez, Suarez, Lugo, etc., communiter.

4^{us} est *impetratio bonorum* tam spiritualium quam temporalium, quatenus animae prosunt (n. 311).

103. - Quaeritur 4^o. *Pro quibus personis possit offerri Missa?*

Potest pro quibuscumque fidelibus, infantibus, obsessis et aliis, etsi existant in peccato. — An autem pro excommunicatis? Si ipsi sunt vitandi, nequit sacerdos pro illis offerre Missam nomine Ecclesiae sive ut minister Christi, ex cap. 28, de sent. excom.^{a)} Si vero sunt tolerati, probabilius est, cum Sanchez^{b)}, Navarro, Lugo, etc. contra alios (*Lib. VI, n. 309*) posse sacerdotem pro his offerre Missam etiam nomine Ecclesiae. Licet enim etiam tolerati sint exclusi a communicatione suffragiorum, tamen aliis datum est a concilio Constantiensi, ut habetur in extrav. Martini V, *Ad evitanda*, libere posse cum ipsis communicare adhuc in divinis, prout dictum est *Lib. VII, n. 139*. — Sic pariter probabilius licet offerre Missam pro infidelibus^{c)}, ut docent Bellarminus, Lay-

Salm., tr. 5, cap. 3, n. 11. — ⁶ 3 P., qu. 79, art. 5, corp. — Palaus, tract. 22, punct. 6, n. 5. — Vasq., disp. 228, cap. 3, n. 17 et 19. — Suar., disp. 79, sect. 4, v. Dico 1. — Lugo, de Euch., disp. 19, n. 150. — Navar., Man., cap. 27, n. 36, v. Ad secundum. — Lugo, de Euch., disp. 19, n. 187. — Conc. Constant., extrav. *Ad evitanda*, inter concordata Martini V et Germanicae nationis, n. 7; ap. Hardouin, Conc., tom. 8, col. 892. — Bellarm., de Euchar. (Miss.), lib. 6, cap. 6.

Poenarum remissio.

Incrementum gratiae.

Impetratio bonorum spiritualium et temporalium.

Offerri potest pro quibuscumque fidelibus.

Etiam pro excommunicatis toleratis.

Item, pro infidelibus.

99. - ^{a)} Intellige: extra petram sacram; ut loc. cit., docet Benedictus XIV (in edit. ital. sez. 2, cap. 6, § 2, v. E quanto).

^{b)} Cfr. lib. 6, n. 217, notam h.

^{c)} Vide notam i ad lib. 6, n. 217.

100. - ^{a)} Cfr. lib. 6, n. 224, not. a.

102. - ^{a)} Vide lib. 6, n. 311, not. a.

103. - ^{a)} Cfr. not. a, lib. 6, n. 308.

^{b)} Vide lib. 6, n. 309, notam b.

^{c)} Cfr., loc. cit., not. d.

mann, Suarez, Salmant., etc. contra Sotum, quia Christus pro omnibus se obtulit; idque certe licitum fuit in lege veteri: Judaei enim pro gentibus sacrificare jam consueverunt (I Machab. xii, 11). — Pro defunctis autem in purgatorio existentibus certum est et de fide, ut docet Tridentinum¹ quod licite et utiliter Missa offertur: idque ex infallibili promissione Christi, ut communius et verius contra Canum^{d)}, etc. docent Azor, Suarez, Navarrus, Salmant., etc.; quia, cum certum sit, quod Missa utiliter pro defunctis offeratur, hoc non potest esse nisi ex promissione Christi (*Lib. VI, n. 310*).

104. — Quaeritur 5°. *Quotuplex est fructus Missae?*

Respondetur: Fructus Missae alius est *ex opere operato*, nempe ex merito Christi; alius *ex opere operantis*, scilicet ex merito sacerdotis. — Item alius est *meritorius*, alius *satisfactorius*, alius *impetratorius*. — Item alius *generalis*, qui obtingit omnibus fidelibus, vivis et defunctis; alius *specialis* sive *medius*, obtingens assistentibus Missae et ei cui applicatur; alius *specialissimus*, obtingens soli celebranti; qui pro illo nequit ullum stipendium accipere, ex propositione 8 damnata ab Alexandro VII.

105. — *An Missa sit infiniti valoris, iam intensive quam extensive?*

Plures DD. negant; plures vero alii probabilius^{a)} affirmant, ut Gonet, Habert, Juenin, Petrocorensis^{b)}, Pignatelli, Tournely, Concina^{b)}, Holzmann^{b)}, Wigandt, Croix^{b)}, Canus^{b)}, Salmant., etc.; ac pro his

Laym., lib. 5, tract. 5, cap. 2, num. 9. — *Suar.*, in 3 P., disp. 78, sect. 2, v. *Dico 3*. — *Salm.*, tr. 5, cap. 2, num. 19. — *Sotus*, in 4, dist. 11, qu. 2, art. 7, v. f., ad 2. — ¹ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 2, in f. et can. 3. — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 22, qu. 10. — *Suar.*, disp. 79, sect. 10, v. *Nihilominus*. — *Navar.*, de Jobelaeo, notab. 22, a n. 18. — *Salm.*, tr. 5, cap. 2, num. 24. — *Gonet*, Man., tr. 4, de Euch., cap. 12, § 2, v. *Ex his*. — *Habert*, de Euch., part. 2, cap. 10, v. *Verior videtur*. — *Juenin*, Institut. de Euch., qu. 2, cap. 5, concl. 4. — *Pignat.*, de Monte propitiator., lib. 4, qu. 9, et 10. — *Tourn.*, Praelect., de Sacrif. Miss., art. 6. — *Wigandt*, tract. 12, num. 78. — *Salm.*, tr. 5, cap. 3, num. 40 et 43. — *D. Thom.*, 3 P.,

est etiam D. Thomas. Quia Missa est idem quam crucis sacrificium, quod fuit infiniti valoris. Licet autem valor sit infinitus, effectus tamen Missae finitus est, ex finita capacitate hominum, pro quibus offertur, quorum unusquisque percipit fructum juxta suam capacitatem. — Sed quia prima sententia est etiam probabilis, nequit sacerdos accipere duplex stipendium a duobus, applicando eis Missam ambobus, ut falso dicebat posse propositio 10 damnata ab eodem Alexandro VII. Nec potest eam danti eleemosynam applicare in generali cum aliis, nisi hoc faciat sub conditione, si liceat (*Lib. VI, n. 312*).

106. — Quaeritur 6°. *Quid de stipendio Missae?*

Stipendium accipere licet sacerdotibus, etiam opulentis, ut communiter docent Suarez, Lugo, Concina, Tournely, cum Gerson^{a)} et Thomassino^{a)} et aliis plurimis contra Genetum et alios paucos; quia quisque operarius dignus est mercede sua, ex Apostolo, I Tim. v, 18 (*Lib. VI, n. 317, Qu. 1*).

107. — Sacerdos peccat graviter, si differat Missam promissam sub stipendio ultra duos menses^{a)}, ut dicunt Garcia, Philibertus, Ripa^{b)} et alii cum Lugo; item auctor *Istruz. per i novelli confess.*² ac Tournely, qui ait, esse communem sententiam, bene posse aliquem acceptare stipendia Missarum ad duos menses (*Lib. VI, n. 317, Qu. 2*); item Concina, qui nihil aliud dicit, nisi quod dilatio duorum mensium est gravis, ex decreto S. Congregationis. — Si vero Missa sit pro defunctis,

qu. 79, art. 5, corp. — *Suar.*, disp. 86, sect. 3. — *Lugo*, de Euch., disp. 21, n. 18. — *Conc.*, de Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, num. 4. — *Contin. Tourn.*, de Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 1. — *Genet.*, de Sacrif. Miss., cap. 5, qu. 1. — *Hieron. Garcia*, Summa moral., tr. 3, diff. 10, dud. 8, n. 4. — *Philib. Marchin*, tr. 3, part. 2, cap. 31, n. 5. — *Lugo*, de Euch., disp. 21, n. 34. — ² Is est *Giordanini*, part. 2, num. 406. — *Contin. Tourn.*, de Euch., part. 2, cap. 9, art. 2, sect. 4, qu. 2, v. *Quae autem*. — *Conc.*, de Sacrif. Miss., cap. 6, § 2, num. 24 (non citans declarationem S. Congr.). — *Decret. S. C. C.*, cfr. Pallottini, v. *Missa*, § 2, num. 3, ubi S. C. pluries hoc declarasse refertur.

^{d)} Cfr. notam a ad lib. 6, n. 310.

105. — ^{a)} Postea tamen S. Doctor sententiam mutavit et propugnavit opinionem negativam. Cfr. notam j ad lib. 6, n. 312.

^{b)} Vide lib. 6, n. 312, not. c et seqq.

106. — ^{a)} Cfr. not. b ad lib. 6, n. 317.

107. — ^{a)} Vide lib. 6, n. 317, notam l.

^{b)} Cfr. notam h, loc. cit.

dilatio unius mensis erit gravis, ut dicunt Palaus, Escobar et Salmant. (*ibid.*). Imo si Missa dicenda sit pro instanti necessitate, puta imminentis mortis vel alterius damni, tunc etiam dilatio hebdomadae potest esse mortalis. Vide Cabrinum².

Recte hic autem advertit Contin. Tournely, quod, si quis multas daret Missas alicui communitati ad celebrandum, non praesumitur contentus esse, quod Missae celebrentur cum tanta dilatione, prout si dedisset uni sacerdoti. Id vero non intelligendum, quod omnes illius communitatis sacerdotes occupare se debeant ad eas subsecutive dicendas (semper enim supponi debet communitas alias etiam habere obligationes); sed quod Missae distribuendae sint majori sacerdotum parti, aut saltem alicui eorum convenienti numero, si communitas est valde numerosa, et juxta distributionem factam poterit deinde communitas satisfacere intra tempus illud, quod unicuique illius permittitur, ad suae ratae satisfaciendum.

Insuper hic obiter notandum quod Innocentius XII, in bulla *Nuper*, anno 1697, jussit omnibus ecclesiarum rectoribus, ut in loco patenti exponant tabellam onerum Missarum temporalium et perpetuarum, ad hoc ne onerentur novis oneribus, quibus satisfacere non valeant, ut debent. Vide opus citatum *Istruz. per i novelli confessori*².

108. — Nulli licet dare aliis Missas ad celebrandum, retenta parte stipendii, sub poena ipso facto incurrenda suspensionis Papae reservatae, si est clericus, et excommunicationis, si laicus, ut habetur in bulla *Quanta cura*, Benedicti XIV^{a)}. Et pars retenta tunc debet restitui, et probabilius sacerdoti celebranti potius quam pauperibus. — Excipe, nisi pingue illud stipendium detur alicui ratione personae vel be-

Palaus, tr. 22, punct. 14, n. 11, i. f. — *Escob.*, lib. 21, n. 161. — *Salm.*, tr. 5, cap. 5, n. 57. — ² Director. ordinand., cap. 34, n. 235. — *Contin. Tourn.*, de Orat., cap. 2, art. 7, i. f., v. *Censuit*. — *Innoc. XII*, scil., S. C. C., in bulla *Nuper*, § 18, diei 23 Dec. 1697. — ³ Part. 2, n. 409. — *Bened. XIV*, encycl. *Quanta cura*, § 5, diei 30 Junii 1741. — S. C. C., in bulla *Nuper*, ad 7. — *Bened. XIV*, encycl. *Cum semper*, diei 19 Aug. 1744. — *Suar.*, disp. 13, sect. 3,

108. — ^{a)} Vide lib. 6, n. 321, notam a, et n. 322, notam e.

S. ALPHEONSI, Opera moralia. — Tom. IV.

neficii aut capellaniae etiam amovibilis, vel legati perpetui, quia tunc potest persona hujusmodi partem excedentem retinere. — Administratores autem ecclesiarum ex decreto S. Congregationis, confirmato ab Innocentio XII, nil possunt retinere, nec etiam pro expensis in celebratione Missarum, nisi ecclesia alios non habeat redditus. Vide haec et alia fusius dicta de stipendio Missae, *Lib. VI, n. 321, et seqq.*

109. — Parochi, ex bulla *Cum semper* ejusdem Benedicti XIV, tenentur applicare Missam pro populo omnibus diebus festis, etiamsi congruam non habeant sustentationem. Si vero pingues habent redditus, non tenentur saepius Missas applicare, ut in eadem bulla declaratur (*Lib. VI, n. 325*). Hic autem obiter notandum quod, in eadem bulla, Pontifex decrevit ut Missa conventualis, quae singulis diebus canitur a clero, pro benefactoribus applicetur, respiciendo benefactores in genere cujuscumque ecclesiae, quavis consuetudine non obstante (*n. 326*).

110. — Applicatio debet fieri ante celebrationem vel ante consecrationem. — Verius autem, quidquid alii dicant, sufficit applicatio Missae habitualis, ut communiter docent Suarez, Lugo, Bonacina, Tournely, Holzmann, Concina et alii plures (*n. 335, Qu. 1*). — Si Missa nulli applicetur, fructus manet in thesauro Ecclesiae. — Applicatio autem sub conditione non impleta valida est; si vero fiat pro primo qui offeret eleemosynam, non solum est illicita ex prohibitione Clementis VIII, sed etiam probabilius saepe erit invalida (*n. 337, v. Dicunt*).

111. — Quaeritur 7°. *An sacerdos teneatur aliquando celebrare in anno?*

Negant, praeciso scandalo, S. Bonaventura, Cajetanus^{a)}, Lugo, et probabile

v. *Dico 2*. — *Lugo*, de Sacram. i. g., disp. 8, num. 93. — *Bonac.*, disp. 1, de Sacram. i. g., qu. 3, punct. 2, § 3, num. 11. — *Contin. Tourn.*, de Sacrificio Missae, cap. 9, art. 2, sect. 9, qu. 6. — *Hols.*, de Sacrificio i. g., num. 22, v. *Dices. Ad valide applicandum*. — *Conc.*, de Sacrificio Missae, cap. 6, § 2, num. 36 et 37. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 12, part. 2, art. 2, qu. 1. — *Lugo*, de Euch., disp. 20, num. 2.

111. — ^{a)} De mente Cajetani, cfr. not. e ad lib. 6, n. 313.

Et pro animabus in purgatorio detentis.

Quotuplex est fructus Missae.

Juxta plures, valor est infinitus quoad sufficientiam.

Quivis sacerdos accipere potest stipendium.

Quando dilatio missae fit gravis.

Quid de Missis datis communitati.

Parochus tenetur diebus festis pro populo celebrare.

Applicatio quando et quomodo facienda.

Quoties in anno celebrandum, ad vitandum mortale.

putant Suarez, Laymann ^{b)} et Palaus. — Alii tamen communius cum D. Thoma, quibus ego magis adhaereo, affirmant, cum verba Christi: *Hoc facite in meam commemorationem*, probabilius verum contineant praeceptum, ut satis declarat Tridentinum ¹ dicendo: *Apostolis... eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, praecepit per haec verba: Hoc facite, etc.* Tanto magis, quod S. Pius V iussit primam opinionem Cajetani expungi a suis commentariis ^{c)}.

Merbesius autem et Habert dicunt, teneri sacerdotes celebrare saltem omnibus diebus festis; hisque adhaeret Concina ex Tridentino ², ubi sic monentur episcopi: *Curet episcopus, ut ii* (id est sacerdotes) *saltem diebus dominicis ac festis solemnibus... Missas celebrent.* — Sed ex verbis istis non satis probatur, hoc esse concilii rigorosum praeceptum. Quamobrem probabilius et communissime dicunt Navarrus et Laymann cum Soto, Silvestro, Paludano, Richardo ^{d)}, Valentia, et Elbel cum Scoto ^{d)}, Gobat ^{d)} ac Anacleto (*Lib. VI, n. 313, Dub. 2*), sacerdotes teneri sub gravi ad celebrandum saltem ter vel quater in anno in festis solemnioribus. Idemque sentit S. Thomas ³, dicens: *Unde sacerdoti, etiamsi non habeat curam animarum, non licet omnino a celebratione cessare; sed saltem videtur quod celebrare teneatur in praecipuis festis et maxime in illis diebus in quibus fideles communicare consueverunt*, nimirum in die Paschatis, Pentecostes et Natalis Domini, ex *cap. 16, dist. 2, de consecr.* — Imo Suarez, Lugo ^{d)}, Bonacina, Holzmann ^{d)} et Salmant. censent, sufficere ad vitandum mortale celebrare ter vel quater in anno quibuslibet diebus. Idque videtur con-

forme decreto S. C. Concilii, edito mense Novembr., anni 1696, ubi declaratum fuit, illum sacerdotem peccare mortaliter, qui non celebrat ter vel quater in anno ^{d)}.

Caeterum pro certo habeo, quod sacerdos omittens sine causa quotidie celebrare (excepta una die in hebdomada propter reverentiam sacramenti) vix a veniali culpa excusari poterit, cum privet fructu sacrificii Ecclesiam, cujus est minister, populumque christianum, cujus est in altari intercessor. Apostolus enim sic sacerdotes instruit: *Omnis... pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis* (Hebr. v, 1).

112. - Quaeritur 8°. *An rubricae Missalis sint omnes praeceptivae, vel an aliquae sint directivae sive de consilio?*

Diversae in hoc sunt sententiae. — Nos sequimur sententiam Quarti, Merati ^{a)} et Tournely, qui dicunt, rubricas de agendis *intra* Missam omnes esse praeceptivas, et obligare juxta gravitatem materiae; nam in bulla S. Pii sic dicitur: *Districte... praeceptivae, ut... Missam juxta ritum, modum ac normam, quae per Missale hoc a Nobis nunc traditur, decantet ac legant.* Nota *ò* *districte praeceptivae* (*Lib. VI, n. 399*).

Rubricas autem de agendis *extra* Missam, probabiliter dicunt plures DD., aliquas esse tantum directivas, prout manuum ablutio post Missam et orationes ante vel post Missam. Vide *Lib. VI, n. 409 et 410*.

Insuper hic notandum, rubricas praescriptas in Caeremoniali Episcoporum ubique obligare, cum in tribus bullis ibi appositis dicatur: *Caeremoniale praedictum*

(n. 4). - Valent., disp. 6, qu. 10, punct. 3. - Elbel, conferent. 18, de oblig. celebr., n. 195. - Anaclet. Reiffenst., tr. 24, dist. 5, n. 82. - 3 P., qu. 82, art. 70. - Suar., disp. 80, sect. 7, v. f. - Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 7, n. 2. - Salm., tr. 5, cap. 5, n. 44. - Quarti, Quaest. prooem., sect. 2, punct. 2. - Contin. Tourn., cap. 9, art. 2, sect. 8. - S. Pius V, bulla *Quo primum*, diei 29 Jul. 1570. - Caerem. Episc., bulla Clem. VIII, *Cum novissime*, diei 14 Jul. 1600; bulla Innocenti XI *Etsi alias*, diei 30 Julii 1650; bulla Benedicti XIII, *Licet alias*, diei 7 Mart. 1727.

Omittens sine causa celebrare quotidie vix a veniali excusatur.

Rubricae intra Missam sunt praeceptivae.

Extra Missam, aliquae sunt tantum directivae.

Probabiliter satis celebrare ter aut quater, quibuslibet diebus.

Suar., disp. 80, sect. 1, v. *Haec res*. - Palaus, tr. 22, punct. 12, num. 2. - D. Thom., 3 P., qu. 82, art. 10. - 2 Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 1. - Merbes., Sum., part. 3, de Sacrif. Miss., qu. 31, concl. 2. - Habert, de Euch., part. 2, cap. 11, qu. 10, resp. 1. - Conc., de Sacrif. Miss., cap. 8, num. 1. - 3 Sess. 23, de reform., cap. 14. - Navar., Man., cap. 25, num. 88, v. *Vigesimo primo*. - Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 3, n. 1. - Sotus, in 4, dist. 13, qu. 1, art. 10, v. *Atvero*. - Silvest., v. *Missae I*, qu. 7, v. *Quartum*. - Palud., in 4, dist. 13, qu. 2, art. 1, concl. 1

^{b)} Vide *lib. 6, n. 313*, notam *g*.

^{c)} Cfr. *loc. cit.*, notam *e*.

^{d)} Cfr. *lib. 6, n. 313*, notam *j et seqq.*

112. - ^{a)} Cfr. notam *g* ad *lib. 6, n. 399*.

in omnibus ecclesiis servandum, praecipue in cathedralibus et collegiatis.

113. - Quaeritur 9°. *Quando Missa dici possit?*

Sic dicitur in rubrica: *Missae privatae, saltem post Matutinum et Laudes, quacumque hora ab aurora usque ad meridiem dici potest.* — Communiter autem dicunt DD., licere Missam terminare in aurora, et illam incipere parum ante meridiem. Immo Benedictus XIII et Clemens XII declararunt, posse in hoc tolerari latitudinem tertiae partis horae tum ante auroram tum post meridiem (*Lib. VI, n. 341, v. Omnes*).

Praeterea communius et probabilius dicunt Silvius ^{a)}, Palaus, Bonacina ^{b)}, Roncaglia, Viva, Salmant., etc., quod celebrans non peccat mortaliter, nisi incipiat Missam integra hora ante auroram vel hora post meridiem; alias tantum veniale committit, a quo excusat quaevis causa rationabilis. Immo causa gravior, prout esset dandi viaticum, aut solemnitatis, itineris vel funeris, omnino excusat, etiamsi dilatio sit per integram horam (*n. 343-346*).

Ministrare autem communionem licitum est usque ad vespere exclusive: et etiam in vespere, si adsit aliqua specialis causa, modo non sit intempesta nocte, id est multo noctis tempore decurso (*num. 252*).

Celebrare autem ante Matutinum et Laudes, alii dicunt esse mortale; alii, nullum peccatum; alii autem verius et communius, ut Suarez, Sotus, Silvester, Tournely, Bellarminus ^{c)}, etc., quibus assentit etiam Benedictus XIV ¹, ajunt, non esse mortale, quia talis gravis obligatio neque exprimitur in rubrica, neque communiter est recepta ut gravis; sed non excusari sentiunt a veniali, cum id in rubrica jam inter defectus numeretur (*Lib. VI, n. 347*). — Missam autem conventualem dicere

Palaus, tr. 22, punct. 7, n. 14. - Roncagl., de Sacrif. Miss., cap. 5, qu. 8, resp. 1. - Viva, de Euch., qu. 5, art. 6, num. 4. - Salmant., tr. 5, cap. 4, num. 34. - Suar., disp. 82, sect. 1, v. *Dico 1°*. - Sotus, de Just., lib. 10, qu. 5, art. 4, concl. 2; et in 4, dist. 13, qu. 2, i. f. - Silvest., v. *Missae I*, qu. 6, v. *Quartum*. - Contin. Tourn., de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 2. - 1 De Sacrif.

Tempus celebrationis, ab aurora usque ad meridiem.

Tempus administrationis Eucharistiae.

Verius celebrare ante Matutinum, veniale.

ante Matutinum et Laudes non excusatur a mortali, ut communiter docent DD., contra Sanchez (*n. 348*).

Celebrare in die Coenae Domini et Sabbati Sancti (quidquid alii dicant) nullo modo licet, nec etiam privatim, ut patet ex decreto Clementis XI, quod refertur *Lib. VI, n. 350*, quodque confirmatum fuit ab Innocentio XII ^{d)} (apud Merati ²).

114. - Quaeritur 10°. *Ubi liceat Missam celebrare?*

Respondetur: In oratoriis ab episcopo benedictis et designatis ad usus sacros, sive in seminariis, conservatoriis et hospitalibus, et etiam in domibus privatis, modo oratorium habeat januam in via publica; item in oratoriis religiosorum (circa regulares vide *App. de privil., n. 123*); necnon in erectis in palatiis episcoporum omnes possunt celebrare, et quovis tempore, etiam in festis solemnibus, quia hujusmodi oratoria sunt verae ecclesiae.

In oratoriis autem privatis, in quibus tantum ex privilegio pontificio celebrari potest, non licet Sacrum facere diebus in indulto exceptis, scilicet Paschatis, Pentecostes, Natalis Domini, Epiphaniae, Annuntiationis, Ascensionis, Assumptionis B. Virginis, SS. Petri et Pauli et Omnium Sanctorum. Nec potest in eis celebrari, nisi intersit aliqua ex personis, quibus directe concessum est indultum, ut declaravit Benedictus XIV ³. Vide *Lib. III, n. 319*. — Nec possunt ibi plures celebrari Missae, si ibi dicitur, ut consuetum est: *Una Missa quotidie celebretur*. Declaravit enim Benedictus XIV, in bulla *Magno*, sub die 2 Junii 1751, illud *una* idem esse ac *unica* (*Lib. VI, num. 359, circa fin.*).

An autem in his privatis oratoriis possit ministrari communio? — Alii affirmant; alii communius negant. Et Benedictus XIV, in epistola encyclica ad episcopos Polo-

Miss., lib. 3, cap. 13, num. 4 (*al.*, sez. 2, cap. 4, § 3, i. f.). - Sanchez., Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 39. - Clem. XI, decr. diei 15 Mart. 1712. - 2 Series Decretor. SS. Pontif., num. 501, 504 et 632. - 3 Decret. S. C. C., *Cum duo nobiles*, diei 7 Jan. 1741, approbat. a Bened. XIV. - Bened. XIV. encycl. *Magno*, § 12. - Bened. XIV. encycl. *Magno*, § 23 et 24.

De loco celebrationis.

In oratoriis privatis serventur praescriptiones indulti.

113. - ^{a)} Vide notam *c* ad *lib. 6, n. 345*.

^{b)} Cfr. notam *b* ad *lib. 6, n. 345*.

^{c)} Vide *lib. 6, n. 347*, notam *d*.

^{d)} Cfr. notam *c* ad *lib. 6, n. 350*.

niae sub eadem die 2 Junii prohibuit, dari communionem in privatis oratoriis sine licentia episcopi (n. 359, v. *At si*).

Celebrare autem in mari nunquam licet nisi ex licentia expressa Pontificis (n. 356, *circa fin.*).

115. - Celebrans in ecclesia polluta per notoriam effusionem sanguinis in notabili quantitate (nam in *cap. 10, de consecr.* dicitur *sanguinis effusione*) vel seminis, aut per sepelitionem infidelis, haeretici vel excommunicati, antequam reconcilietur ab episcopo (vel a sacerdote ab episcopo delegato, si ecclesia fuerit tantum benedicta), graviter peccat; sed nullam incurrit poenam, ut probabilius dicunt Suarez, Laymann, Lugo et alii cum Benedicto XIV¹ (*Lib. VI, n. 361-366*).

Sic etiam est mortale celebrare in ecclesia exsecrata, nempe si eodem tempore demoliti sint parietes pro majori parte, vel crusta ablata (n. 367 et 368).

An autem liceat sacerdotibus celebrare in ecclesiis regularium contra prohibitionem episcopi: vide dicta in *App. de privileg.*, n. 77.

116. - Quaeritur 11^o. *Quae requirantur sub gravi praecepto ad rite Missam celebrandam?*

Requiritur 1^o. *Allare sive ara lapidea* ab episcopo consecrata, cum sepulchro reliquiarum et sigillo, ubi omnino reponeandae sunt hostia et particulae consecratae (*Lib. VI, n. 372 et 373*). Exsecrata autem altare, ita ut mortale sit in eo celebrare, si mensa consecrata removetur ab inferiori structura, vel si ara notabiliter frangitur, aut ab ea auferuntur reliquiae aut sigillum, prout habetur in decreto S. C. R. (*Lib. VI, n. 369*)^a.

In altari requiruntur etiam *tres map-*

pae, nec sufficiunt duae, ut aliqui dicunt. Sufficiunt tamen una separata et altera duplicata (n. 374 et 375).

117. - Requiritur 2^o. *Calix et patena consecrata*. - Exsecratur autem calix, si notabiliter frangitur in cuppa, vel si in fundo perforetur; non vero, si pereat ejus inauratio, ut probabilius et communiter docent Lugo, Suarez, Silvester, Tournely, Laymann, etc. Hinc probabilius est calicem de novo inauratum non indigere nova consecratione^a. - Celebrare autem in calice nunquam deaurato, probabilius est esse illicitum, sed non nisi venialiter ut dicunt Lugo et Tournely^b. - Cum calix separatur a pede, amittit utique consecrationem, si cuppa est pedi fixa; secus, si pes est tornatilis, et de se separabilis (*Lib. VI, n. 370*).

Communitur autem docent Laymann, Gavantus, Tournely, Bonacina, Roncaglia, etc., pyxidem non esse consecrandam (n. 384).

Dubitatur vero, *an saltem sit benedicenda?* - Negant communius Suarez, Silvius^c, Azor, Sotus^d, etc.; idque non videtur improbabile. Sed probabilius affirmant Salmant., Tournely et alii cum card. Lambertini, qui tamen omissionem non reputat plus quam veniale; quia hoc est conformius rubricae missalis, in quo dicitur quod sacerdos hostias pro communione *locat... ante calicem aut in aliquo... vase mundo benedicto*. Et idem dicendum de lunula ostensorii, ubi in expositionibus hostia collocatur (n. 385).

118. - Requiritur 3^o. *Vestes sacrae benedictae* ab episcopo, vel ab alio habente facultatem a Pontifice. - Graviter peccat, qui celebrat sine alba aut stola, aut manipulo, aut cum ipsis non benedictis, nisi

Cum tribus mappis.

Calix et patena consecrata.

Corporale benedictum.

Vestes sacrae.

gravis excuset necessitas. Secus tamen plures DD. non improbabiler dicunt de celebrante sine cingulo aut amictu (*Lib. VI, n. 377*). Quoad cingulum declaravit S. C., 22 Januarii 1701, sacerdotem congruentius uti cingulo lineo quam serico.

Vestes autem exsecrantur, quando usum suum deperdunt, nempe si ab alba manica abscinditur; cingulum, si ita rumpitur, ut neutra pars cingere possit; stola, si non possit humeros operire, vel si pars ejus ita scinditur, ut deperdatur forma; nec sufficit eam resarcire: destructa enim forma desinunt partes esse sacrae (n. 371). - Color autem vestium probabilius est quod sit de praecepto, non tamen gravi, (num. 378, *Dub. 5*).

119. - Requiritur 4^o. *Corporale benedictum*, ex lino vel cannabe (*Lib. VI, n. 386*). - Exsecratur autem corporale, si ita frangitur, ut non possit amplius decenter continere calicem et patenam cum hostia (n. 371).

Cavendum est, ne corporale sit valde immundum, in quo, dicunt Suarez, Laymann, et Tamburinius, posse etiam graviter peccari; quamvis addat Tamburinius ex eodem Suarez, illud *valde immundum* difficulter evenire. Caeterum uti corporali et aliis paramentis immundis, licet non valde, non excusatur a veniali, nisi alia haberi nequeant, ut Croix cum Suarez^a et Gobat. Immo ait Tournely, quod in necessitate, nempe si sacerdos aut alii deberent omittere Missam de praecepto, licitum est uti corporali etiam notabiliter immundo (n. 376).

120. - *Palla* etiam debet esse benedicta, et ex lino vel cannabe, saltem ex parte interiori, ut ait Suarez; sed ex de-

creto S. C. dictum fuit: *In sacrificio Missae non est adhibenda palla a parte superiori drappo serico cooperta*^a. - Non autem improbabiler dicunt Sotus et alii, quod celebrare sine palla non est mortale, cum ipsa sacras species non tangat immediate (*Lib. VI, n. 388*).

Requiritur 5^o. *Purificatorium*, quod probabilius non oportet ut sit benedictum (n. 389).

121. - Requiritur 6^o. *Missale Romanum*, continens saltem integrum canonem. - Dicunt autem communissime et probabiliter Suarez^a, Vasquez, Laymann, Palaus, Lugo, Salmant., Croix, etc., non peccare celebrantem sine Missali, si memoriter bene sciat dicenda, et ob praeteritam experientiam non sit ei periculum errandi. - Uti vero Missali regularium, scilicet celebrando juxta eorum ritum, est mortale, etiam in ipsorum ecclesiis (*Lib. VI, n. 390*)^b.

Requiritur 7^o. *Minister* sub gravi obligatione, saltem usque ad oblationem, nisi urgeret necessitas dandi viaticum, vel etiam ne omittatur Sacrum in die festo.

Minister debet esse masculus; nam feminae sub gravi culpa prohibentur immediate ministrare in altari. Dicunt tamen communiter Laymann, Suarez, Tournely^c, Molfesius^d, Homobonus^d, etc. eum non peccare graviter, qui celebrat respondente muliere. Immo dicunt Paludanus, Wigandt, Tournely, Lugo, Laymann, etc., bene permitti, quod feminae quandoque respondeant a longe, maxime si sint moniales, modo, ut diximus, non immediate in altari ministrent (*Lib. VI, n. 393 et 392*).

122. - Requiritur 8^o. *Cruce cum Crucifixo*, etiamsi in altari expositum sit Sa-

^a Suarez, disp. 81, sect. 4, v. *Sed quaeret*. - Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 5, n. 7. - Lugo, disp. 20, n. 52. - ¹ De Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 7, num. 4 (*al.*, sez. 2, cap. 1, § 2, v. f.). - Lugo, disp. 20, num. 94. - Suarez, disp. 81, sect. 7, v. *Alia autem*. - Silvest., v. *Calix*, qu. 2. - Contin. Tourn., de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 6, resp. ad 5. - Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 6. - Laym., lib. 5,

tr. 5, cap. 6, n. 22. - Gavant., part. 2, tit. 2, n. 3, lit. p. - Contin. Tourn., loc. cit., qu. 7. - Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 9, num. 23. - Roncagl., de Sacrif. Miss., cap. 6, qu. 4. - Suarez, disp. 81, sect. 7, v. *Tertio obiter*. - Asor, part. 1, lib. 10, cap. 27, qu. 7. - Salmant., tr. 5, cap. 4, num. 99. - Contin. Tourn., loc. cit. - Lambert., Notif. 21 (*al.* 20), n. 12.

Decr. S. R. C., diei 22 Jan. 1701, collect. auth., n. 2067, ad 7. - Suarez, disp. 81, sect. 6, v. *Ultima pars*. - Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 6, num. 15. - Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 3, § 1, num. 1. - Tambur., loc. cit. - Suar., disp. 81, sect. 6. - Croix, lib. 6, part. 2, n. 336. - Gobat, tr. 3, n. 381. - Contin. Tourn., de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 11, resp. 5. - Suarez, loc. cit., v. *Secundo* et v. *Tandem*. - Sotus, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 5. - Vasq., disp. 233, cap. 3, n. 26 et 27. - Laym.,

loc. cit., num. 17. - Palaus, tr. 22, punct. 10, num. 4. - Lugo, disp. 20, n. 78. - Salmant., tr. 5, cap. 4, n. 87. - Croix, lib. 6, part. 2, num. 368. - Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 6, num. 13. - Suarez, disp. 87, sect. 1, v. *Sed dubitari*. - Palud., in 4, dist. 13, qu. 2, art. 1, concl. 2, i. f. (n. 5, i. f.). - Wigandt, tr. 15, n. 64. - Contin. Tourn., de Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 9, qu. 1, resp. ad 2, v. *Hinc in casu*. - Lugo, disp. 20, num. 103. - Laym., loc. cit.

116. - ^a Cfr. *lib. 6, n. 369*, not. p.
117. - ^a Sed vide quomodo S. Doctor hanc suam opinionem reformarit, *lib. 6, n. 370, Dub. 2, i. f.*, et in *Elencho II qu. reform., quaest. 26*.

^b Cfr. not. g ad *lib. 6, n. 370*.
^c Silvius, *qu. 83, art. 3, qu. 6*, v. *Quaeritur 5*, tenet sententiam eorum qui affirmant pyxidem esse benedicendam.
^d Vide *lib. 6, n. 385*, notam b.

119. - ^a Cfr. notam c ad *lib. 6, n. 376*.
120. - ^a Sed vide *lib. 6, n. 388*, not. b.
121. - ^a Vide notam b ad *lib. 6, n. 390*.

^b Cfr. *loc. cit.*, notam g.
^c De Collet cfr. not. b ad *lib. 6, n. 392*.
^d Vide *loc. cit.*, notam d et e.

Celebrare in ecclesia polluta, lethale.

Item, in ecclesia exsecrata.

Ad Missam rite celebrandam requiruntur:

Altare, sive ara lapidea consecrata.

Purificatorium.

Missale Romanum.

Cruce cum crucifixo.

cramentum, ut habetur ex Caeremoniali Episcoporum et decreto S. C. ^{a)}

Utrum autem sit mortale celebrare sine cruce?

Negant communiter Laymann, Suarez, Bonacina, Tournely, Concina, Habert, Merati, etc. ^{b)}. — Sed animadvertendum quod Benedictus XIV, in decreto directo ad omnes episcopos ^{c)}, sub die 16 Julii anni 1746, incipiente: *Accepimus*, sic ibi in fine (v. *Itaque*) praecepit: *Illud vobis praecipimus, ut nullo modo patiamini, rem divinam fieri ad hujusmodi altaria, nisi Crucifixum inter candelabra ita promineat ut sacerdos... ac populus... eundem Crucifixum facile et commode intueri possint: quod evenire nequit, si exigua solum crux minori tabulae defixa fidelibus exhibeatur.* — Prius enim in eodem decreto (v. *Equidem*) dixerat: *Illud permittere nullatenus possumus, quod Missae sacrificium in his altaribus celebretur, quae careant imagine Crucifixi, vel ipsa incommode statuatur ante presbyterum celebrantem, vel ita tenuis et exigua sit, ut ipsius sacerdotis et populi assistentis oculos bene effugiat.*

Hinc etiam notandum ex Caeremoniali Episcoporum quod, si in altari adest statua Crucifixi, non oportet ut alia crux apponatur ^{d)}. Idque confirmatur in praefato decreto Benedicti ^{e)}, dum ibi dicitur ex sententia Pasqualigi ^{f)}, Quarti et Giribaldi, cui se conformavit S. C. R. ^{g)}, in quodam decreto (apud Merati ^{h)}), sufficere crucifixum in majori tabula altaris depictum aut caelatum. Docet etiam Pignatelli ⁱ⁾, non esse opus, ut crux aut aliae

Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 17, i. f. — *Suar.*, disp. 81, sect. 6, v. *Quinto*. — *Bonac.*, de Euch., qu. ult., punct. 9, n. 30. — *Contin. Tourn.*, de sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 10. — *Concina*, de Sacrif. Miss., cap. 9, n. 19. — *Habert*, de Euch., part. 2, cap. 13, v. f. v. *Denique*. — *Merati*, part. 1, tit. 20, Nov. Observ., n. 7, v. *Caeterum*. — *Quarti*,

122. — ^{a)} Cfr. not. a et b ad lib. 6, n. 393.

^{b)} In primis editionibus S. Doctor hic aiebat: « Sed de probabilitate hujus opinionis... dubito ». In quinta vero editione Theol. moralis, haec verba deleuit et in sexta, 2 *Elench.*, qu. 25, expresse declaravit: « Nunc satis probabilis mihi videtur ». Quoad autem decretum, infra allegatum Benedicti XIV, dixit, lib. 6, n. 393, *Dub. 1*, illud imponere tantum praeceptum sub levi.

sacrae imagines sint benedictae (*Lib. VI, n. 393*).

Requiritur 9°. *Duplex candela* accensa, ex cera, non ex sebo vel oleo, nisi celebrandum sit ex necessitate; non autem, si ex devotione (*n. 394*).

Requiritur 10° et ultimo, *bursa, velum, pulvillus* (sive *legile*) et *manutergium*. At sine istis celebrare, quando nullum eorum habetur, merito ait Croix, nullum esse peccatum (*n. 395*).

Celebrare capite cooperto per totam Missam est mortale; secus usque tantum ad canonem (*n. 397*).

123. — Notandum 1°. Quod neopresbyteri consecrando cum episcopo vere celebrant, licet unum sacrificium faciant; in quo autem primarius celebrans est episcopus, et sacerdotes sunt etiam causae totales consecrationis, sed morales, quae unum effectum pariunt: ad differentiam causarum totalium physicarum, quae diversos causant effectus. — Quisque autem ordinatus in sacerdotium debet tunc proferre verba consecrationis cum intentione consecrandi, attamen sub conditione, si conformentur sua eodem tempore cum verbis episcopi; alias graviter peccaret (*Lib. VI, n. 232*).

124. — Notandum 2°. Quod episcopus neopresbyteris tres injungit Missas celebrandas, unam de Spiritu Sancto, aliam de B. Virgine, tertiam pro defunctis. — *An autem sit obligatio gravis has dicendi Missas?*

Suarez ^{a)}, Laymann ^{a)}, Azor ^{b)}, etc., affirmant. Sed negant Sotus ^{c)}, Palaus, Valentia, Pellizzarius. — Caeterum duo vi-

part. 1, tit. 20, dub. 10, dubit. 3. — *Giribaldi*, de Sacram., tr. 5, cap. 9, n. 20. — ¹ Series decret., n. 400. — ² Tom. 9, consult. 186, v. *At his*. — *Croix*, lib. 6, part. 2, num. 380. — *Palaus*, tr. 7, disp. 2, punct. 1, § 1, num. 5. — *Valent.*, in 2^{ae} disp. 6, qu. 2, punct. 10, § 2. — *Pellis.*, tract. 8, cap. 2, num. 194.

^{c)} Lege: ad omnes episcopos *Ditionis ecclesiasticae*, ut habetur in titulo bullae.

^{d)} Vide lib. 6, n. 393, not. e.

^{e)} Vide not. g ad lib. 6, n. 393.

^{f)} Cfr. notam f, loc. cit.

124. — ^{a)} Vide lib. 6, n. 829, not. a.

^{b)} Ex loco ad quem remittit S. Alphonsus, videtur legendum: *Lessius*, et non *Azor*. Caeterum cfr. loc. cit., notam a.

^{c)} De Soto, vide not. b, loc. cit.

Duplex
candela
accensa.

Bursa, ve-
lum, pulvil-
lus et ma-
nutergium.

Neopresby-
teri cum
episcopo ce-
lebrant.

De tribus
Missis ab
episcopo
impositis.

dentur certa: 1°. quod hoc episcopi praeceptum transgredientes saltem venialiter peccent; 2°. hujusmodi praeceptum non obligare ad applicandas Missas pro episcopo, cum id non exprimatur; tanto magis, quia ipse subdit: *Et etiam pro me orate!* — Nota autem, quod illae tres Missae dicendae sunt primis diebus, in quibus missae votivae dici possunt (*Lib. VI, n. 829*).

125. — Notandum 3°. Quod, ut communiter traditur, Missa celebranda est alte, breviter, clare, devote et exacte.

Alte, ita ut non dicantur submissee quae alte sunt dicenda, sed ita proferantur, ut saltem a *circumstantibus audiantur*, prout dicit rubrica; alioquin celebrans excusatur a culpa, sed tantum veniali. — Idem dicendum de eo qui alte recitat, quae submissee dici debent. Immo Gavantus ^{a)} et Quarti ^{b)} putant esse mortale (sed non satis id ratione probant), dicere alta voce ea quae submissee sunt dicenda; et consentit Croix quoad verba consecrationis, dicens, peccare mortaliter, qui illa proferret ita elate, ut audirentur ad decem passus, ubi magna esset populi pars. Sed merito Pater Concina hoc non audeat approbare (*Lib. VI, n. 415 et 416*).

Breviter, id est ut, ordinarie loquendo, non excedatur media hora, monente rubrica, ut Missa non dicatur *nimis morose, ne audientes taedio afficiantur*. Subdit autem rubrica: *nec nimis festinanter*. Hinc sapienter ait card. Lambertini ¹, cum aliis communiter, Missam non debere esse longiorem dimidia hora, nec brevioris triente, id est tertia parte horae. — Qualiter autem peccent, qui celerius celebrant, vide dicta *Lib. VI, n. 400*, ubi diximus, Missam (etiamsi sit defunctorum) persolvendam infra quadrantem non excusari a culpa gravi.

Clare, id est sine verborum mutilatione; quae, si sit notabilis, et sensus per eam varietur, erit mortalis (*Lib. VI, n. 224*).

Quarti, part. 1, tit. 16, dub. 1. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 440. — *Concina*, de Sacrif. Miss., cap. 10, num. 7. — *Rubrica*, Rubr. gener., xvi, n. 2. — ¹ Notif. 34, num. 30. — *Tambur.*, Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 3, n. 9.

125. — ^{a)} Cfr. not. b ad lib. 6, n. 416.

^{b)} Vide loc. cit., notam c.

Devote, id est sine distractione; quae si voluntaria sit in canone, et praesertim in consecratione et sumptione, erit mortalis, ut vult Tamburinius, licet aliqui contradicant. Si autem habeatur extra canonem, dicitur idem quod dictum est de Horis canonicis. Vide *n. 75*.

Exacte, id est, ne ommittatur aliquid de iis quae dicenda sunt.

Hic autem notandum quod, si ommittantur partes ordinariae, nempe quae in Missa semper dicenda vel agenda sunt, erit mortale, si materia sit notabilis: prout esset omittere in canone quamlibet orationem, vel *Pater noster*, vel fractionem hostiae cum illius mixtione in calice, vel purificationem patenae et calicis post sumptionem, vel octo aut decem verba canonis. — Sic pariter erit mortale, extra canonem omittere totum introitum, vel duas ex collectis principalibus, vel epistolam, evangelium, offertorium, vel infusionem aquae in vinum consecrandum.

Veniale tamen erit, omittere tantum psalmum *Judica* vel *Kyrie eleison*, unam ex collectis, unam vel alteram crucem super oblata, tunctionem pectoris vel abtunctionem digitorum; et idem probabiliter dicunt Lugo ^{a)} et alii de S. Joannis evangelio (*Lib. VI, n. 406*). — Sic quoque veniale tantum est, omittere partes extraordinarias, uti sunt *Gloria*, *Credo*, sequentia, tractus, propria praefatio aut *Communiantes* et *Hanc igitur* propria. Ita communiter omnes, nisi tot partes ommittantur, quae simul sumptae notabilem constituerent materiam, ut bene advertunt Concina et Wigandt, quidquid dicant Quarti et Pasqualigo (*n. 409*).

126. — Notandum 4°. Prohiberi Missas votivas vel *de Requiem* in dominicis et festis duplicibus atque in octavis privilegiatis; nisi graves urgeant causae, nempe si urgeat publica necessitas, si fiat expositio SS. Sacramenti per Quadragesima horas, item in die obitus praesente cada-

— *Concina*, de Sacrif. Miss., cap. 10, num. 3. — *Wigandt*, tract. 15, num. 75, resp. 3. — *Quarti*, Quaest. proem., sect. 3, punct. 1, v. *Colligi*. 4. — *Pasqualigo*, qu. 200, n. 9.

^{c)} Lugo, de Euch. disp. 20, n. 104, tacitus praetermittit evangelium S. Joannis.

Devote.

Exacte.

Omissiones
mortales.

Omissiones
verbiales.

Quibus die-
bus prohi-
beantur
Missae voti-
vae vel de-
functorum.

vere, etc. — Haec autem intelligenda tantum de Missa solemnī (*Lib. VI, n. 421*).

An autem in praedictis festis veniantur Missae votivae sub gravi culpa?

Negant communiter Lugo, Suarez, Bonacina, Escobar, Salmant., Roncaglia et alii plures. Recte vero limitant Escobar et Roncaglia, ^{a)} si tunc occurrat festum solemne, saltem propter grave populi scandalum. — Immo in festis duplicibus Missae de Requiem districte prohibentur in decreto S. C., approbato ab Alexandro VII.

In pluribus autem casibus cantari possunt Missae defunctorum in duplicibus etiam majoribus, scilicet: 1° in die obitus praesente cadavere; et hoc etiam in dominica vel in aliis solemnioribus, modo non sint primae classis; 2° cum primum habita fuerit notitia obitus alicujus; 3° in anniversario relicto a testatore; item in die tertio, septimo et trigesimo. Si vero hi dies accidant in festo de praecepto, transferantur in diem sequentem vel anticipentur sub eodem ritu; 4° in festo duplici minori, si petatur anniversarium pro aliquo defuncto, potest cantari Missa. Ita ex pluribus decretis S. C. R. Vide *Lib. VI, n. 420*.

Exceptis autem festis duplicibus aliisque ut supra, de Missis votivis sic loquitur rubrica: *Missae... votivae... in Missis privatis dici possunt pro arbitrio sacerdotum*. Sed deinde statim advertit: *Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa*; prout esset specialis devotio sacerdotis, vel petitio de votiva dantis eleemosynam. Quapropter dicens votivam praeter has causas vix excusabitur a veniali (*n. 419*). Caeterum tenetur sacerdos Missas votivas celebrare juxta petitionem dantium eleemosynam diebus, quibus licite dici possunt. Hicque notandum cum D. Thoma ¹, quod Missa de Requiem magis prodest defunctis propter orationes quae in ea dicuntur.

Lugo, disp. 20, num. 105. — Suar., disp. 83, sect. 3, concl. 1. — Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 7, § 3, n. 2 et 3. — Escob., lib. 21, n. 521 et 522. — Salmant., tr. 5, cap. 4, num. 114. — Roncaglia, de Sacrif. Miss., cap. 4,

127. - Notandum 5°. Non licere pluries in die sacrificare, nisi in hisce casibus: 1° ad ministrandum viaticum; 2° si die festo adveniant personae, quas non deceat Sacrum omittere, uti rex aut princeps aut episcopus; 3° si pastor habeat duas parochias dissitas, et aliter populus alter careret Missa in festo de praecepto ^{a)}.

Advertit tamen Benedictus XIV, in brevi *Declarasti*, edito [die 16 Mart.], anno 1746, de hac re semper impetrandam esse facultatem ab episcopo, etiamsi necessitas intercedere videatur. Praeterea advertit quod de casibus enuntiatis solus casus, cum parochiae sunt dissitae, in consuetudine est. — Item advertendum, olim licuisse parochio in die dominica post Missam pro populo dicere alteram pro defuncto, praesente cadavere; sed idem Benedictus XIV, in indulto *Quod expensis*, dato 26 Aug. 1748, in § *Nova, circa finem*, declaravit, id hodie non amplius permitti, cum liceat parochio dicere Missam pro defuncto, et transferre Missam pro populo ad diem infra hebdomadam.

128. - Notandum 6°. Quod si, dum celebratur, ecclesia polluitur, vel accedit excommunicatus vitandus, qui monitus nolit discedere, tunc sacerdos ante consecrationem Missam dimittere debet: postea vero pergat usque ad sumptionem et statim discedat. Vide dicta *Lib. VII, n. 177*.

Demum hic notandum quod, facta consecratione, nunquam licet Missam interrumpere, nisi tantum ad baptizandum vel absolvendum hominem jamjam moriturum. Ita DD. communiter (*Lib. VI, n. 354*).

§ III. — De potestate sacerdotis.

129. - Simplex sacerdos, ex potestate ordinis suscepti, tantum Eucharistiae sacramentum conficere potest et etiam ministrare (excepta communione paschali); nam ad alia requiritur potestas jurisdictionis. Hinc nequit sine licentia parochi baptizare, neque Extremam Unctionem

qu. 2, resp. 2. — Escob., lib. 21, num. 522. — Decr. S. R. C., diei 5 Augusti 1662; cfr. Decr. auth. num. 1238. — Rubrica, part. 1, tit. 4, num. 3. — ¹ Suppl., qu. 71, art. 9, ad 5.

n. 351, notam g, ubi referuntur in extensum plura Sacrarum Congr. decreta.

Saepe in die celebrare ordinare illicitum.

De Missa subinde interrumpenda.

Sacerdos, ex potestate ordinis, solum Eucharistiam ministrat.

aut viaticum ministrare, nec matrimonio assistere. Et sine licentia episcopi expressa aut saltem praesumpta de praesenti, nequit extra casum necessitatis confessiones excipere, nec etiam venialium aut mortalium prius confessorum ex decreto Innocentii XI (vide dicta *Lib. VI, n. 543*); quia, ut dicitur in Tridentino, ratio iudicii, quod exercetur in administratione Poenitentiae, exposcit ut jurisdictio non exerceatur nisi in subditos, qui per licentiam episcopi sacerdoti subjiciuntur.

130. - Diximus autem, *n. 35*, quod initiandi ad presbyteratum debent habere scientiam eorum saltem quae communiter scienda sunt ad excipiendam confessionem moribundi. Quapropter refert hic annotare pauca principaliora et scitu magis necessaria.

Notandum 1°. Quod sacerdos simplex nequit infirmum absolvere in praesentia confessorii approbati, exceptis sequentibus casibus: 1° Si approbatus nequeat vel nolit confessionem excipere; 2° si approbatus sit excommunicatus vel suspensus; 3° si esset approbatus tantum in alia dioecesi; 4° si infirmus ita horreret apud illum confiteri, ut esset in periculo occultandi peccata; 5° si approbatus superveniat post inceptam confessionem apud simplicem sacerdotem; 6° si approbatus sit complex infirmus in peccato turpi. Juxta dicta in Opere *Lib. VI, n. 563*.

Notandum 2°. Quod, si moribundus absolutionem postulat vel signa dat poenitentiae sacerdoti praesenti, absolute est absolvendus. Si vero est sensibus destitutus, et adsit alter qui testatur, ipsum postulasse confessorium vel signum ostendisse doloris, tunc alii dicunt, etiam absolute absolvi posse; sed tutius cum aliis dicimus, absolvendum sub conditione. Et sic absolvendum censemus (cum pluribus), etiamsi moribundus nullum dederit signum; immo etiamsi fuerit destitutus in actu peccati. Vide dicta in Opere *Lib. VI, n. 480 et seqq.*

Notandum 3°. Quod sacerdos simplex, deficiente approbato, potest absolvere fideles a quibusvis peccatis et censuris non solum in articulo, sed etiam in probabili periculo mortis. Censetur autem in pe-

riculo mortis esse non tantum qui laborat morbo proxime periculoso mortis, sed etiam qui longam navigationem aggreditur, vel mulier quae est in difficili partu; item qui est in periculo incidendi in amentiam; insuper qui est captivus apud infideles, carens spe libertatis et habendi confessorium approbatum.

Notandum 4°. Quod infirmus, qui absolvitur a censuris reservatis, monendus est quod, si convalescat, tenetur se praesentare superiori, alias in easdem censuras reincident; secus vero, si absolvitur tantum a peccatis reservatis sine censura.

Ultimo, notandum quod quisque sacerdos, ut sit idoneus in necessitate ad excipiendas confessiones infirmorum, debet non ignorare saltem principia universalis scientiae moralis.

§ IV. — De munere docendi et praedicandi.

131. - Cum autem sacerdotis etiam sit, docere populos et praedicare evangelium, operae pretium est, hic demum annotare, quae docenda sint, et quomodo evangelium explicandum.

Quoad primum, docendum quatuor esse necessaria ad salutem, nempe fidem, spem, charitatem atque bona opera.

Et 1°. Quoad *fidem*: Quia Deus veritas infallibilis revelavit Ecclesiae, tenemur explicite scire et credere, Deum existere et remuneratorem esse, ac mysterium ss. Trinitatis atque incarnationis Filii Dei. Haec de necessitate medii. — De necessitate autem praecepti quisque tenetur etiam scire et credere orationem dominicalem, salutationem angelicam, praecepta decalogi et Ecclesiae; item sacramenta, praesertim ea quibus omnes indigent, nempe Baptismi, Eucharistiae et Poenitentiae, et alia, saltem dum ea suscipiuntur.

2°. Quoad *spem*: Quia Deus omnipotens, misericors et fidelis promisit propter merita Jesu Christi, tenemur sperare a Deo aeternam beatitudinem et media ad eam consequendam, veniam nimirum peccatorum et perseverantiam finalem.

3°. Quoad *charitatem*: Quia Deus est bonitas infinita, tenemur eum super omnia

Moneat infirmum de reincidentia in censuras.

Quae sacerdos docere debeat.

Quoad fidem.

Quoad spem.

Quoad charitatem.

126. - ^{a)} Vide notam e ad *lib. 6, n. 420*.
127. - ^{a)} De facultate binandi, vide *lib. 6,*

Eas celebrare die vetita, per se non lethale.

Quando et qua de causa celebrari possint.

diligere. Huic praecepto alterum adjicitur charitatis, scilicet diligendi proximum sicut nos ipsos.

4°. Ad salutem demum obtinendam sunt etiam necessaria *bona opera*, servando mandata Dei et Ecclesiae, quae in decalogi et Ecclesiae praeceptis continentur.

132. - Quod autem spectat ad secundum munus explicandi evangelium sive Scripturam, sciendum, duos ipsam sensus habere, litteralem et mysticum. — Ille est *litteralis*, qui per ipsa verba significatur; *mysticus*, qui non significatur per verba, sed per rem ipsis verbis significatam, v. gr., cum dicitur: *Si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, etc.* Hic non quidem praecipitur pedis abscissio, sed scan-

dali sive occasionis. — Sensus autem mysticus in tres alios subdividitur: 1° In *allegoricum*, scilicet spectantem ad res credendas; 2° in *anagogicum*, spectantem ad bona speranda; 3° in *tropologicum*, spectantem ad mores.

Regulariter verba Scripturae in litterali sensu accipi debent, nisi adsit absurdum, prout cum dicitur: *Petra autem erat Christus*, et similia. — Saepe autem Scripturae textus utrumque sensum habent, litteralem simul et mysticum. Mystico saepe convenit ut sacerdotes in concionibus utantur, praesertim si est tropologicus sive moralis. Licet etiam uti aliquando sensu vocato *accommodatio*, modo id pie et prudenter agatur.

Quoad bona opera.

Quomodo evangelium explicare debeat.